[illegible]

Thomas

[illegible]

ΘΩΜΑ ΤΟΥ ΜΑΓΙΣΤΡΟΥ

ΚΑΤ' ΑΛΦΑΒΗΤΟΝ

ΟΝΟΜΑΤΩΝ ΑΤΤΙΚΩΝ

ΕΚΛΟΓΑΙ,

EX DISPOSITIONE

NICOLAI BLANCARDI,

CUM VETUSTIS LAMBERTI BOS ET NOVIS DEFUNCTORUM VIRORUM D. HEINSII, FR. IUNII, LAUR. NORMANNI, ERICI BENZELII, I. CHRISTOPH. WOLFII, ARN. DRAKENBORCHII, ABR. TORRENII,

ET QUUM MAXIME VIVORUM

CL. SALLIERII, IO. IAC. WITTERI, DAN. WILH. TRILLERI, ELIAE STOEBERI, TI. HEMSTERHUSII, FRANC. OUDENDORPII, FRED. LUD. ABRESCHII

ANIMADVERSIONIBUS.

COLLEGIT PARTIM, DIGESSITQUE,

IOHANNES STEPHANUS BERNARD, M. D.

QUI ET SUAS NOTAS ADIECIT.

EDITIONEM CURAVIT

CAROLUS JACOBITZ.

LIPSIAE,

APUD BIBLIOPOLAM C. H. F. HARTMANN.

MDCCCXXXIII.

FRANC. OUDENDORPII

PROOEMIUM.

Tandem aliquando, Benevole Lector, novam THOMAE MAGISTRI, qui [1]) quarto decimo post Servatoris Christi natales seculo ineunte floruisse existimatur, *de Vocibus Atticis* editionem nancisci tibi licet. Illa vero multos nimis per annos protracta ne sine sui commendatione prodiret, enixe me rogarunt honesti viri, qui in hunc libellum inpensas fecerunt ac diutius differri noluerunt, bibliopolae, ut quaedam praefari, saltem ad cognoscendam huius editionis conditionem necessaria, non dedignarer. Quamvis enim scirent, me praecipuum eius curatorem nec esse neque audire velle, atque hoc, quidquid est oneris, alii viro incumbere, ultro agnoscerent, a me tamen id variis sollicitationibus exigere non destiterunt, quia per aliquot menses illum, gravioribus, ut opinor, negotiis et quotidianis aegrotos visitandi curis districtum, sui officii promissique frustra admonuerant, et quod plurima me huic libro contulisse magnamque istius accurate excudendi simul

1) Consulatur I. A. Fabricius lib. IV. Bib. Gr. cap. 34.

cum eximio viro ac collega carissimo, TI. HEMSTERHUSIO, curam egisse ipsis haud erat incognitum. Diutissime quidem meam operam huic rei commodare detrectavi sed repetitae creberrime illorum rogationi cessi tandem iustisque precibus satisfacturum me spopondi. Quapropter paucis, quae huius editionis illustrationi et intellectui maxime conducere censui, Lector, haec habe.

Editiones, Zachariae Calliergi *Romanam* an. MDXVII. 8., *Venetam* in aedibus Aldi et Andreae Asulani cum praefatione Franc. Asulani an. MDXXIV. f. *Parisiensem* Mich. Vascosani an. MDXXXII, 8. aliquoties ab aliis memoratas et millies in notis laudatas excepit *Franekerana* Nicolai Blankardi an. MDCXC, 8. cui nonnullas animadversiones, nunc denuo recusas, adiecit LAMBERTUS Bos an. MDCXCVIII. Is vero BLANKARDUS [1]) sine ulla codicis manu exarati ope multa tacitus inmutavit, veterum scriptorum, quos excitavit Thomas, loca ex vulgaribus illorum editionibus contra MSStorum et editionum Thomae fidem exhibuit ac vocum ordinem, in prioribus ἐκδόσεσιν observatum pessimo exemplo neglexit et divulsis multifariam paragraphis partimque praepositis partim serius collocatis ad litterarum seriem propius eas accommodavit. Unde quae praeter vocum omissiones nata sint incommoda, bene docet [2]) *Lexiphilus* i. e. Io. CHRISTOPHORUS WOLFIUS, maximis in Remp. litterariam meritis nobilissimus. Nihilominus ad eius, quae hucusque fuit ultima,

---

1) Vehementer ab illo deceptus fuit Andr. Christ. Eschenbach. in Amoenitatibus Litterariis. I. G. Schelhornii tom. V. p. 195. scribens, *ab eo Thomam cum undecim MStis collatum et notis illustratum esse.*

2) Vide Miscell. Observ. Vol. V. T. 3. p. 29. etc. ubi notitiam editionum Thomae et consilium, quomodo accuratior aliqua parari possit, nobis dedit, et quinam promiserint *aliam*, recensuit.

normam, quod factum nollem, haec est expressa. Verum enim vero hunc, nescio cuius, culpa commissum errorem magno opere per crebra monita inminuerunt et abunde compensarunt Doctissimorum Virorum, quorum nomina in libelli fronte legi queunt, animadversiones cum eruditissimo Ioan. Steph. Bernard, Medicam artem Amstelaedami exercente, humanissime largissimeque communicatae. Pro meritis eas vel laudare vel vituperare mihi non est animus: praesertim quum insunt in illis nonnulla, tantummodo ex codicum marginibus, quibus litterarum amantes viri temere ista alleverant, desumta, qualia praeterquam aliorum sunt omnia, quae Cel. Arn. Drakenborchii praeferunt nomen. Facile suo quasque pretio doctus et adtentus Lector aestimabit.

Mearum magis partium esse opinor indicare, quibusnam (si excipias, quae ab ingenio, iudicio et eruditione profecta sunt,) auxiliis ad suas contexendas notas et inprimis verum Thomam exhibendum usi sint tum alii, tum ego, et quid praestare fuerimus annisi.

Hic praecipue in tuum, Amice Lector, commodum indaganda et consideranda fuerunt auctorum a Thoma laudatorum verba quibusque eorum libris paginisque illa reperire posses. Sed et Magister ipse ad examen erat revocandus, et quo iure ac fundamento nixus hanc illamve vocem minus Atticam pronunciarit, inquirendum. Qua indagine saepe repertus est falli Magister. Non raro tamen insons est accusatus, quasi vocem, ut minus Graecam, condemnasset, quum innuerit solum Thomas, eam vel nequaquam vel minoris usus Atticam fuisse; atque illa occasione crebro veterum scriptorum loca vel emendantur vel explicantur, quorum catalogum confecit Doct. Bernard. Ad textum, ut aiunt, rite constituendum magnae utilitati fuerunt praeter vetustas, quarum Venetam non vidi, editiones duo MSSti. codices Regii

Parisienses, notati litteris *A*, *B*. Horum codicum, quorum usum commodaverat politissimus Vir et Rev. Abbas CLAUDIUS SALLIERIUS, varias lectiones diligentiae optimi Viri ELIAE STOEBERI, Argentoratensis Gymnasii Rectoris, debemus. Is enim abiecto, quod aliquot ab hinc annis publicaverat, de Graecis Grammaticis et in his Thoma[1]) simul bene merendi consilio, quia votis ipsius ac destinatis non responderunt, qui sumtus et operas detrectabant, bibliopolae; varias istas lectiones una cum suis et I. IACOBI WITTERI, Viri Cl. et Graecarum litterarum in Argentoratensi Academia Professoris, adnotationibus, nec non politissimis et mascula Graecae linguae Atticaeque elegantiae scientia plenis Cl. SALLIERII observationibus ad Erud. BERNARDUM sub conditione, ut in Hollandia typis describerentur, transmisit. Ac res, ut vides, haud sine meo aliorumque consilio et collatitia opera effectum, serius tamen, quam speraveram, est sortita. Enimvero mox accesserunt doctissimi Graecique sermonis peritissimi Viri, DAN. WILH. TRILLERUS ac FRED. LUDOV. ABRESCHIUS, qui suas lucubrationes benigne contribuerunt. Clariss. quoque TI. HEMSTERHUSIUS editoris laborem sagacissimis observationibus subinde condecorare, sicubi lubido et otium ferebant, dignatus est. Paucas I. CHRISTOPH. WOLFII animadversiones recte exhibuit ex specimine, quod dederat ille in Miscellanearum Observationum quinto volumine, suasque notas sine nomine subiunxit editor.

Nunc denique, ego quae contulerim, recensenda restant. Primum parvas D. HEINSII, FR. IUNII, LAUR. NORMANNI, ERICI BENZELII, I. CHR.

---

1) Idem ante illum animo conceperant eximii Viri, Rev. Abbas Claudius Sallierius et C. Andreas Dukerus. Adi Misc. Obs. cit. l. et Cel. Ludov. Casp. Valckenaerii Praefationem ad Ammonium.

Wolfii, Abr. Torrenii, soceri mei, et I. Iensii notulas ac coniecturas, ex inpressis, quibus olim usi fuerant, exemplaribus excerptas typis describi curavi. Tum ad manum mihi fuere variae lectiones, quas Er. Benzelius e codice Msto Collegii Novi Oxoniensis chartaceo mense Aprili an. MDCC. hauserat mihique cum suis et aliorum coniectaneis saepius iam laudatus Wolfius donarat. Ipse vulgarem Thomae textum exegi ad duos MSStos Leidensis Bibliothecae, ex Is. Vossii collectione, chartaceos, ac notatos *L. pr. sec.* quorum prior in catalogo recensetur p. 398. N. 58. alter p. 395. N. 71. sed qui Thomae excerpta verius, quam Thomam continet.

Ad haec Cl. P. Burmannus Secundus, qui magnis ingeniosi et eruditi cursus passibus ad avi, patris patruique decus et laudem grassatur, pro amicitiae iure mihi perantiquum et optimae notae codicem partim bombycinum partim in membranis exaratum Lipsiaeque grandi pretio in verna bibliothecae Boërnerianae venditione an. MDCCLV. a se comparatum protinus Amstelaedamo misit evolvendum. Is codex [1]) permagno fuit usui: maiori tamen fuisset; nisi supremas Thomae paginas arrosisset aetas vel aqua detrivisset, sive etiam maturius obvenisset nobis illum versandi facultas.

Ad horum omnium MSStorum, nec non veterum editionum fidem, praesertim si consentirent eo-

---

1) Complectitur insuper *Maximi Planudae* librum *περὶ Συντάξεως ῥημάτων ἀμεταβάτων καὶ μεταβατικῶν*, *Manuelis Moschopuli Byzantini*, τοῦ Κρητὸς ἀνεψιοῦ (Vide I. A. Fabricium L. V. Bibl. Gr. C. 7. p. 37.) *ἐκλογὴν κατὰ στοιχεῖον ὀνομάτων Ἀττικῶν, οἷς οἱ δοκιμώτατοι χρῶνται τῶν παλαιῶν*, item *Λεξικὸν περὶ πνευμάτων κατὰ στοιχεῖον ἐκλεγὲν παρὰ Τρυφῶνος, Χοιροβόσκου, καὶ Θεοδωρίτου.* etc. Verum ultima sunt solummodo excerpta, breviora illis, quae primus edidit Cl. Valckenaer post Ammonium p. 207.

rum praestantiores, auctoris textum, quantum in me erat, emendari curavi, quaeque antea vel per librariorum vel editorum incuriam ac negligentiam fuerant omissae, non solum voces aliquot, sed et totas saepe paragraphos suis locis vel inserui vel cum WITTERO STOEBERoque meis in notulis, quas, libri moli parcens, brevissimas facere enisus sum, indicavi.

Quoniam vero Burmannianum codicem non prius accepi, quam typothetae in excudendo progressi erant ad p. 609, insigniores eius in praecedentibus variationes huius editionis calci subieci; nec non, quae minus bene sese habebant, correxi, nonnullis additis; in quibus pro corollario tres Cl. HEMSTERHUSII observationes accipis, ex recondita ipsius doctrinae penu depromtas. Eidem quoque secundum, sive inversum, debes indicem [1]).

Cunctis hisce dum uteris, Benevole Lector, aequi bonique consulas, quaeso, taediosam eorumdem nonnumquam exemplorum laudationem ac bis terque repetitam saepe locorum [2]), quos ex vetustis scriptoribus ad suam sententiam confirmandam protulit Thomas, accuratiorem indicationem, utpote quae per varios interpretes, inpensorum ab aliis conatuum invicem nescios, sit instituta. Mecum quoque debitas viris eruditis, qui vel MSStorum vel notarum symbolam voluerunt inpertiri, gratias habe et praetermissis typographorum erroribus ignosce, ac vale. Scribebam Leidae Kal. Martiis MDCCLVII.

---

[1]) Omnia quae in Addendis reperiuntur, suis quaeque locis interseri curavimus.]

[2]) Hoc, quoad eius fieri poterat, evitare conati sumus.]

PRAEFATIO

BLANCARDIANAE

EDITIONI PRAEFIXA.

LECTORI BENEVOLO

S. P.

LEONARDUS STRIK.

Exhibuimus tibi, Lector Benevole, typis nostris nitide descriptas *Thomae Magistri Selectas Atticae Dialecti elegantias*, et habuisses aliquanto prius, nisi valetudo Viri Cl. Nicolai Blancardi, quae adhuc tam adflicta est, ut auctor huius editionis ipse te, quod vellet, alloqui non potuerit, impedimento fuisset. Ille de instituto suo deque eo, quod ipse in hanc editionem contulit, quod sane permultum esse nobis facile cognitu fuit, edocere te potuisset. Expressimus hanc editionem ex illius Viri Cl. autographo accuratissime (quae res argumento nobis fuit, quantam studiis ille vir habeat reverentiam) manu ipsius depicto ex optima editione, quae prodiit *Romae anno superioris seculi XVII. typis Zachariae Caliergi Cretensis cum privilegio Leo-*

nis Papae. Quod exemplar non solum cum aliis duabus editionibus Thomae nostri contulit Vir Cl., sed etiam in illa ipsa Caliergica plures emaculavit errores non modo typorum, sed etiam editorum et manuscriptorum, ex eo, quod loca veterum, a Thoma ingenti numero citata, cum ipsis auctoribus, qui hodie quidem extant, diligentissime conferenda putavit. Qua re futurum esse, ut editio nostra caeteris, quae iam diu sunt desideratae, longe praestantior habeatur, confidimus. De laudibus auctoris ipsius nihil nos quidem dicere par est. Sed quicunque eum in manus accepere Graecae hominesque eruditionis gnari, ita existimarunt, illas vere lectissimas *eloquentiae Atticae elegantias* esse dictas, ut habet inscriptio Caliergicae editionis, *quibus*, addit, *approbatissimi* priscorum usi sunt. Scriptae stylo facili et ad docendum simul atque delectandum egregie facto. Quod elogium rem ipsam tibi abunde approbaturam, si iudicium Graecis literis modice duntaxat excultum adtuleris, *Lector Benevole*, nulli dubitamus. Interpretationem Latinam, quam moles libri facile admitteret, addere quidem voluissemus; sed hanc auctor ea, quam diximus, causa praestare non potuit. Alius Graecarum literarum studiosus, elegantia et amoenitate scripti captus, interpretationem aggressus erat: verum in progressu laboris eam facultate idonea carere deprehendit, cum quod opus foret inspectis auctoribus, unde loca citata desumpta fuerunt, tum quod Latinus sermo Graecismos non caperet, ut plus, quam semigraecam exire versionem oportuisset, quod ut deforme et incivile causam relinquendo instituto praebuit. Enim vero cum stylus auctoris sit facillimus et simplicissimus, minime longis distractus periodis, quae res praecipuam in Graecis scriptoribus intelligendi difficultatem adfert, nemo vel leviter Graece doctus in hoc auctore versando laboraturus

videtur. Iis autem, qui Graece non didicerunt, etsi transfusus in sermonem Latinum, nullo modo, ut nobis quidem videtur, utilis esse potuisset. Indicem alium, quam auctorum, a Thoma laudatorum, quem Cl. Editor ad calcem libri subiecit, non fuisse necessarium ordo libri qui est *κατὰ ἀλφάβητον per Alphabetum* dispositus, ultro satis indicare videtur. *Vale et fave.* Franek. A. MDCXC.

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

LAMBERTUS BOS.

Roganti librario, si observassemus nonnulla ad THOMAE MAGISTRI DICTIONUM ATTICARUM ECLOGAS, quae iis subtexi possent, paucula haec ex adversariis nostris collecta dedimus. Magna non sunt, fatemur, at tironibus in hocce studio non displicitura nobis persuademus, quia cum loca in iis subobscura illustrare corruptaque emendare pro virili nostra studuimus, tum ipsius Thomae errores in quibusdam deteximus. Tu itaque, Lector Benevole, exiguam hanc opellam aequi bonique consule et maiora propediem a nobis expecta. *Vale.* Franek. A. MDCXCVIII.

MONITUM.

A librario admonitus, ut huius Thomae Magistri editionis imprimendae curam in me reciperem, primo aliquid de meo addere nolebam, ne libri moles iam per se admodum magna augeretur. Ut tamen hic illic aliquid adderem, permoverunt me Viri Honestissimi, cuius sumptibus liber denuo prodit, preces; inprimis autem locos scriptorum a grammatico laudatos ut accuratius indicarem, sedulo, quoad poteram, operam dedi. Qua in re si nonnumquam negligentem me videas, culpam in me cave transferas; nonnullorum enim librorum, magno studio a me quaesitorum, copiam assequi non poteram.

Ad libri calcem constitueram Thomae libellum in pristinum ordinem, quo ordine in libris MSS. veteribusque editionibus legitur, restitutum imprimendum curare. Virorum Doctorum observationes quominus ad illum ordinem digererentur, prohibebant quum alia multa, tum illud imprimis, quod editionis prioris paginae in utentium commodum retineri debebant. Consilium autem illud quum occupatum esset a Viro Doctissimo, *Ritschelio*, Professore Halensi, qui novae Grammatici editionis partem priorem superiori anno in lucem emisit, lubenter statim abieci.

Vitia typographica, quibus prior editio turget, pro viribus emendare studui; noli igitur mirari, si quid oculorum aciem latuerit. — *Valckenarii* observationes, quas in lucem protraxit *Tittmannus*, adieci fere omnes, nisi si quid priores editores iam occupassent. — Quae bis terve a Viris Doctis dicta erant, quod saepius factum esse monuit iam *Oudendorp.* in praef. p. VIII., quoad licebat, resecare studui.

C. Jacobitz.

ΘΩΜΑ[1] *ΤΟΥ ΜΑΓΙΣΤΡΟΥ ΚΑΤΑ ΑΛΦΑΒΗΤΟΝ ΟΝΟΜΑΤΩΝ ΑΤΤΙΚΩΝ ΕΚΛΟΓΑΙ.*

Ἃ μέν[2], *ἃ δὲ μὴ εἴπῃς, ἀλλὰ τινὰ*[3] *μέν, τινὰ δέ, εἰ καὶ Λουκιανὸς λέγει, οὐκ*[4] *οἶδα εἴτε παίζων εἴτε*

---

1. *Θωμᾶ.*] Opusculum hoc Thomae *γραμματικὴν* vocat *Luciani* (1) schol. p. 34. tom. I. ipsumque nostrum simpliciter *Μάγιστρον*. *Μάγιστρος δὲ ἐν τῇ αὐτοῦ γραμματικῇ* Torr. Cod. A. *γραμματικὴ τοῦ Μαγίστρου· ἔχουσα ἐκλογὴν ἀττικῶν ὀνομάτων.* Cod. B. *τοῦ σοφωτάτου μοναχοῦ κυρίου θεοδούλου θεσσαλονικέος τοῦ Μαγίστρου ἐκλογὴ ὀνομάτων ἀττικῶν, οἷς οἱ δοκιμώτατοι χρῶνται τῶν παλαιῶν· καί τινες αὐτῶν παρασημειώσεις καὶ διαφοραὶ πρὸς ἄλληλα.* Stobber. [Eandem huius libelli inscriptionem habet codex Cel. P. Burmanni, quam doct. *Stoeberus* e Regio B. protulit. *Ex Addendis.*]

2. *Ἃ μέν, ἃ δέ.*] Vix apud veteres illos et notae sincerioris Atticos invenias, nec fere, nisi causa structurae parumper variatae subsit; quemadmodum in *Xenoph. Κ. Π.* II. p. 36. v. 12. [II. 4, 23.] In *Aristophane* quidem, ut puto, frustra quaesiveris. Usurpant autem creberrime *ὁ μέν, ὁ δέ· τὰ μέν, τὰ δέ·* quod bene notat *schol.* ad initium Pseudosophistae *Luciani*, qui ab illa sollicite nimis ac superstitiose praescripta Atticae locutionis norma, etsi cognitissimam habeat, saepe discedere non veretur et naturale orationis flumen curae adfectatae merito praeponit. Atticis praeiverat *Homer.* Il. X, 149. 151. *Ἡ μὲν... Ἡ δ' ἑτέρη.* 211. *τὴν μέν, τὴν δέ.* Od. A, 24. M, 73. 75. de quibus locis quum tractat *Apollon.* de Synt. I. p. 98. adhibuit Alexandrinus homo, ut etiam alibi solet p. 121. 177. 194. 298. *ὃς μέν, ὃς δέ.* In hac autem structurae forma idem valet *ὃς* ex usu veteri, quod *οὗτος* vel *τὶς*; proinde in *Archyta*, qui Pythagoreus Dorice scripsit, reperies *ἃ μέν, ἃ δέ,* apud *Stob.* p. 14. v. 5. 54. Postmodum Comoedia nova liberius adscivit, ut ex reliquiis *Menandri*, cuius est sententia, *Οἷς μὲν δίδωσιν, οἷς δ' ἀφαιρεῖται τύχη*, et *Philemonis* constat. Scriptores vero, qui communi, quam vocant, Graecorum dialecto utuntur, maxime frequentant: *Teles* apud *Stob.* p. 522. v. 26. p. 523. *ἔφασαν γὰρ τῶν* (2) *ἀνθρώπων οὓς μὲν χρήματα ἔχειν, οὓς δὲ κτήματα· οὓς μὲν γὰρ*

χρῆσθαι τοῖς ὑπάρχουσι, οὓς δὲ μόνον κεκτῆσθαι. *Strabo* IX. p. 603. A. ὧν ἀφ' οὗ μὲν. ἀφ' οὗ δὲ... cui congruit illud *Sorani* in vit. *Hippocr.* ἀφ' οὗ μὲν εἴκοστος, ἀφ' οὗ δὲ ἐννεακαιδέκατος. *Athen.* IV. p. 180. B. *Artemid.* p. 117. etc. *Xenoph.* Ephes. III. p. 43. v. 69. ne sacros N. F. libros et Patres Ecclesiasticos commemorem. Sic tamen hanc formam sectantur, ut alteram Atticorum minime respuant; quare *Polybius* I. p. 9. quum scripsisset, οὓς μὲν ἐξέβαλον τῶν πολιτῶν, οὓς δ' ἀπέσφαξαν, non multo post in historia simili dedit, τοὺς μὲν ἐκβαλόντες, τοὺς δὲ ἀποσφάξαντες τῶν πολιτῶν. saepius autem, praesertim ubi partitio ultra duo membra progreditur, contingit, ut utraeque formae misceantur: Anthol. VI. c. 15. *Leonides* et *Archias* Ep. 3. 6. 9. Attica sunt usi τῷ μέν, τῷ δέ, τῷ δέ, vulgari *Alpheus* Ep. 15. ᾧ μέν, ᾧ δέ, ᾧ δέ, mixta *Alexander* et *Zosimus* Ep. 10. 12. τῷ μέν, τῷ δέ, ᾧ δέ. τὸν μέν, ὃν δέ, τὸν δέ· in quibus metri lex noxias librariorum manus refraenat, qui suam loquendi consuetudinem vetustis scriptoribus non raro donant. Iure igitur vulgatam *Aeliani* lectionem defendit *Perizon.* ad H. V. XIII, 46. Porro quod *Thomas* commendat τινὰ μέν, τινὰ δέ, ad regulam ipse suam loquitur in Βασιλεύς. Psephisma in *Demosthen.* Orat. de Cor. p. 500. D. [p. 282. Reisk. §. 164. Bekk.] τινὰς μὲν κατείληφε πόλεις τῶν ἀστυγειτόνων, τινὰς δὲ πορθεῖ· sic quidem *Wolfius* edi voluit, licet in aliis edd. expressum sit ἃς μὲν κατ. [*Bekkerus* quoque dedit ἃς μέν, nulla ex libris notata varietate lectionis.] prorsus ut p. 504. A. [p. 289. R. §. 182. B.] πόλεις ἃς μὲν ἐμφρούρους ποιεῖ ... τινὰς δὲ ... κατασκάπτει· ubi cod. vetustus τὰς μὲν ἐμφρ. perinde atque in *Diod. Sic.* IV. p. 293. v. 15. pro οὓς μὲν ... τινὰς δὲ cod. Mutin. praebet τοὺς μέν, quod necesse non esse, ut adoptetur, recte monet Praestantiss. *P. Wesseling.* Alioqui rarius occurrit τινὲς μέν, τινὲς δέ, vel τινὲς, οἱ δὲ apud *Pausan.* III. p. 217. Verum Atticae loquendi formae τις eleganter adiungi solet, οἱ μέν τινες, οἱ δέ· *Xenoph.* Ἑλλ. IV. p. 312. v. 42. [IV. 5, 14.] *Demetr.* περὶ Ἑρμ. §. 317. nusquam fere saepius iteratum videas, quam in *Aristophanis* insigni loco Plut. v. 162. Ὁ μὲν ... ἕτερος δέ τις, ὁ δέ, ὁ δέ γε.. ὁ δέ τις etc. Hemsterh. Vide *Graevium* ad *Luciani* Soloecist. [p. 447.] *Viger.* de Idiotism. c. 1. sect. I. §. 4. [p. 3. sq. ed. tert. Herm.] *Antiphon* Orat. I. p. 16. *Isocrates* Or. ad Demon. in principio et paulo post p. 47. 48. 50. 53. 61. Or. ad Nicocl. p. 67. 68. 69. *Xenophon* Cyrop. princ. In usu etiam est ὃς μέν, ὃς δέ, *Viger.* l. c. c. 2. §. 1. [p. 24. sq.] etiam ὡς μέν, ὡς δέ. *Viger.* l. c. c. 8. sect. 10. [p. 56.] οὗτος μέν, οὗτος δέ *Antiph.* Or. 1. princ. dicitur etiam οὗτος, ἄλλος apud *Lucam* c. VII. 8. et ὃ μέν, ἕτερον δὲ apud eundem c. VIII. 6. Drakenb. Multi tamen Attica locutione utentes istum articulum sic usurparunt. Consule *I. Iens.* in (3) Epist. ad *Graev.* p. 407. *Perizon.* ad *Aelian.* XIII. 46. V. H. *Hemsterh.* ad *Lucian.* Timon. in fine [c. 57.]. Immo ipse sic loquitur *Xenophon* Inst. l. II. p. 60. ed. Leuncl. [II. 4, 23.] οὓς μὲν [hodie τοὺς μὲν] ἂν συλλαμβάνοντες αὐτῶν κωλύοιον τῶν ἐξαγγελῶν, οὓς δὲ μὴ δύναιντο λαμβάνειν. Oudend. Vid. de hac locutione *Reitz.* in not. ad loc. *Luc.* infra citatum ex Rhet. Praec. p. 15. seq. Illustris etiam locus est *Luc.* Asin. t. II. p. 591. Hemst. [c. 23.] τῶν δὲ σκευῶν ἃ μὲν ἡμεῖς οἴσομεν, ἃ δὲ καὶ ὁ ἵππος. Stobb. Sic Epicurus apud *Laërt.* p. 298. F. p. 300. B. τοὺς μέν, οὓς δέ *Ioseph.* p. 606. E. *Aelian.* V. H. VI. 1. p. 337. *Appian.* Punic. p. 59. καὶ τῶν ἀρχόντων τοὺς μὲν ἐπαινοῦσιν, οὓς δὲ ψέγουσιν.

σπουδάζων. λέγει γὰρ ἐν[1] τῷ ῥητόρων διδάσκαλος. ἔπειτα[2] δὲ καὶ αὐτός, ἃ μὲν προϊόντι ἐπιδεικνὺς[3] κατὰ τὴν ὁδόν, ἃ δὲ καὶ παραινῶν. καὶ πάλιν ἐν[4] Τίμωνι· διδοὺς[5] ἅπασι τοῖς δεομένοις, ᾧ μὲν πέντε δραχμάς, ᾧ δὲ μνᾶν, ᾧ δὲ ἡμιτάλαντον[6]. ὁ δὲ αὐτὸς οὗτος[7] ἐξελέγχει τοῦτο ἐν τῷ Ψευδοσοφιστῇ[8] αὐτοῦ.

---

et sic omnium generum casuumque exempla apud probatissimos scriptores reperiuntur: quare locutio illa non improbanda penitus. Witter. Conf. *Devarius* de Partic. p. 347. et 348. *Chariton.* lib. VIII. c. 7. p. 141. καὶ οἱ μὲν ἄνδρες ἐπῄνουν Χαιρέαν, αἱ δὲ γυναῖκες Καλλιῤῥόην. [*Graev.* ad Soloecist. p. 41. *Wetsten.* I. p. 399. a. errat *Pearce* ad Longin. p. 228. a. ἐφ' οὗ μὲν — ἐφ' οὗ δέ, ab una parte nummi et altera, Suid. t. III. p. 447. l. 10. [ed. Kust.] cf. Steph. Byz. ἃς μὲν — ἃς δὲ Laert. 9. §. 9. τῶν — ἃς μὲν — ἃς δέ Diodor. I, 243, 67. ἃς μὲν — τινὰς δὲ in decreto ap. Dem. 167. §. 291. et 167. et §. 325. οἷς μὲν — οἷς δὲ Apollon. Philostr. 390. l. 5. οὓς μὲν — οὓς δὲ Aelian. 441. a. Diod. I. 276, 24. 354, 35. ἃ μὲν — ἃ δὲ ap. Athen. XV. p. 689. C. Xenoph. p. 412, 28. 2 Macc. 12, 24. ὧν μὲν — ὧν δέ, vide ibi. Haec *Valcken.* ap. Tittm. p. 141. sq. cf. *Herm.* ad Viger. p. 706. sq. *Reiz.* de accent. incl. p. 32. sqq. Add. *Phalar.* epist. 2. ἃ μὲν — ἃ δέ. Diog. Laërt. IX. 83. παρ' οἷς μὲν — παρ' οἷς δέ.]

3. *Τινὰ μέν.*] *Τὰ μέν, τὰ δέ.* Norm. Imo vero τὰ μέν, τὰ δέ, uti legi hic mallet *Laur. Normannus.* Sed vulgato adsentiuntur MSS. ut et scholiastes *Luciani* t. II. p. 34. [Rhet. praec. c. 15.] verbo tenus hanc *Thomae* animadversionem referens. Oudend.

4. *Οὐκ οἶδα.*] Sic MS. A. et B. abest in *Phavorino.* Stoeb.

1. *Ἐν τῷ ῥητ. διδ.*] Sic A. et B. non legit *Phav.* Locus est t. II. p. 317. Graev. et t. III. p. 15. Hemsterh. [c. 15.], quo haec ipsa Thomae verba, suppresso tamen auctoris nomine, apud schol. leguntur. Idem.

2. *Ἔπειτα δὲ καὶ αὐτός.*] Rectius abest δέ· ὁ αὐτὸς hic Leidens. 2. Oudend.

3. *Ἐπιδεικνὺς.*] *Phav.* legit δεικνύς. Cui MSS. A. et B. et optimi Luciani codd. impr. adversantur. Stoeb.

4. *Ἐν Τίμωνι.*] Locus est t. I. p. 165. Graev. vel t. I. p. 174. Hemst. [c. 57.] ubi διαδιδοὺς pro διδοὺς legitur. Id.

5. *Διδοὺς.*] Sic etiam schol. supra cit. sed edd. Luciani rectius διαδιδούς. Oudend.

6. *Ἡμιτάλαντον.*] *Lucian.* p. 165. ᾧ δὲ τάλαντον. Drak. Et ita schol. quae lectio placet mihi prae vulgata voce in edd. *Lucian.* τάλαντον. Oudend. (4)

[7. Deest οὗτος apud schol.]

8. *Ψευδοσοφιστῇ.*] Ita tacite reposuit *N. Blancardus* ex *Graevii* emendatione ad Pseudosoph. p. 41. cum in ed. priore ederetur ψευδολογιστῇ: qui alterius dialogi index est. At MSS. edd. Rom. et Vascos. item schol. praebent ψευδοσολοικιστῇ. Quasi tacite Lucianum tangere voluerit in soloecismis referentem falso quaedam locu-

Ἵνα Ἀγάγωσιν[1], *οὐχ*[2] *ἵνα ἄξωσιν*[3], *καὶ ἁπλῶς*[4] *εἰπεῖν, ὁ μὲν πρῶτος ἀόριστος καὶ οἱ ἐξ αὐτοῦ ἄχρηστοι*[5]· *ὁ δὲ δεύτερος*[6] *ἀόριστος καὶ οἱ ἀπ᾿ αὐτοῦ χρόνοι ἐν χρήσει.*

Ἀγάλλω[7] *κάλλιον ἢ λαμπρύνω. Ἀριστείδης*[8]

---

tiones. Vel contractum est verbum ex duplici huius dialogi titulo *Ψευδοσοφιστὴς ἢ Σολοικιστής*. Oudend. Codd. A. B. *ψευδοσολοικιστῇ*. Ita quoque edit. Rom. et Vascos. Leguntur autem verba Soloec. t. II. p. 729. *Graev.* vel t. III. p. 554. *Hemst.* ubi nescio quo errore Pseudologista in supremo margine iste dialogus vocatur, qui in princip. Pseudosophista inscribitur. Stoeber. *Graevius* in Luc. Soloec. p. 41. notat, in editis legi *Ψευδολογιστῇ* male, qui alterius dialogi index est: et ideo reponit *Ψευδοσοφιστῇ*. Forte Thomas scripsit *ἐν Ψευδοσοφ. ἢ σολοικιστῇ*. Sic in *ἀνέωγεν· Λουκ. ἐν Μίκυλλος ἢ ἀλεκτρυών.* vid. etiam in *ἀποσοβῶ*. Eadem vox occurrit infr. in *τεθνήξεται.* ubi etiam emendanda. Emendavit iam *Graev.* in Soloec. p. 92. vid. *Steph.* Thes. p. XVI. Witter. [Burm. *ψευδοσολοικιστῇ*. *Ex Add.*]

1. *Ἵνα Ἀγάγωσιν.*] Cod. A. *ἵνα* non legit. Cod. B. *ἀναγάγωσιν* [ita etiam Burm. *Ex Add.*] Stoeb. Conf. *Phrynichus* N. ed. p. 124. 154. et Thom. in V. *ἐκλιπών*. [Cf. *Lobeck.* ad Phryn. p. 287. *Buttm.* Gr. Gr. Vol. II. p. 65.]

2. *Οὐχ᾿.*] Scrib. *οὐχ ἵνα* sine apostr. Witter.

3. *Ἄξωσιν.*] Cod. B. *ἀάξωσιν*. male. Stoeb.

4. *Καὶ ἁπλῶς.*] Abest *καὶ* in A. *καὶ ἁπλῶς* leg. in B. Idem.

5. *Ἄχρηστοι.*] Addit *Phavorinus τοῖς λογογράφοις*. Oudend. Adde ex A. et B. *τοῖς λογογράφοις*. Stoeb. [In MSS. meis additur quoque *τοῖς λογογράφοις*. Vide doct. *Abresch.* ad *Aesch.* p. 27. *Ex Add.*] Gloss. p. 20. l. 10. *Antecessit*, *προῆξεν, προῆλθε. Suid.* voc. *ἀπῆξεν. διῆξε Ioseph.* p. 679. C. *ἐξάξαντες Dio* p. 101. A. *προσάξασθαι Herodian.* I. 12, 9. *προσῆξαν Thuc.* p. 166. C. [II. 97.] *ἄξας* Idem p. 346. D. [V. 6. ubi hodie recte legitur *ἄξοντα*.] Witter.

6. *Ὁ δὲ δεύτερος.*] Ignorat particulam *δὲ* MS. Leid. I.

7. *Ἀγάλλω.*] *Ἀγάλλειν* est proprie *nitidare*, *splendide atque eleganter expolire*, *ornare:* ut *λέκτρα καὶ γυναῖκα καὶ γαμηλίους εὐνὰς ἀγῆλαι* in *Eurip.* Med. v. 1027. deinde *vultum et oculos grata* (5) *specie laetare*, ut *Livius* ait vetus ille Tragicus: hinc *deos honoribus ac venerando laetificare*, quam verbi vim egregie declaravit *P. Wessel.* ad *S. Petit.* LL. A. p. 68. nam *divi cultu erga se mortalium laetiscunt*, ut *Sisenna* scripsit apud *Non.* p. 133. Eo pertinet, quod *schol. Eurip.* notat, *Phrynichum* posuisse *ἀγῆλαι ἀντὶ τοῦ εὔξασθαι. Suid. Ἀγῆλαι, τιμῆσαι θεόν, ἀγλαΐσαι.* sic enim ex *Etymologo* legendum: additque porro eximios *Eupolidis* versus, quos si quis fabulam *Δήμους* clausisse putet, evanescet, de qua *Kusterus* querebatur, loci obscuritas: ibi vero, *Ἀναθῶμεν . . . καὶ προσαγήλωμεν ἀπελθόντες* (hoc ab *Etymologo* firmatum probo) fidem faciunt emendationi, qua reponendum in *Hesychio* vice *τοῦ Προσατῆλαι* credo, *Προσαγῆλαι, τιμῆσαι. Προσαγηλή, τιμή.* vel potius, si forma substantivae vocis paulo insolentior displiceat, *Προσαγήλῃ, τιμήσῃ.* Ex his, quae sit potestas passivi mediique *ἀγάλλεσθαι*,

ἐν τῷ Ἀπελλᾶ[1] γενεθλιακῷ· οἷς δ' ἄν τις ἀγῆλαι[2] τήνδε τὴν ἡμέραν· καὶ ἀγάλλομαι ἢ λαμπρύνομαι. Θουκυδίδης[3]· καὶ τοῖς ἄλλοις, οἷς ὁ πόλεμος ἀγάλλεται. ἔστι δὲ ἀγάλλομαι καὶ ἀντὶ τοῦ χαίρω[4]

Ἄγεται[5] γυναῖκα, οὐκ ἄγει, ἤγουν λαμβάνει,

---

facile colligere licet: dicitur autem ἀγάλλεσθαί τινι, *Xenoph.* Ephes. I. [c. 1.] p. 2. et ἐπί τινι frequentissime: quare malim in *Pausania* VIII. p. 629. v. 8. ἐπ' αὐτῇ quam ἐπ' αὐτῆς ἠγάλλετο. *Thucydidis* locus extat VI, 41. ad quem vid. Eruditiss. *Duker.* bene *schol.* οἷς χαίρει ὁ πόλεμος, ὧν χρήζει. imitatus est *Isidor. Pelus.* II. Ep. 146. p. 176. τὰ ἄλλα, οἷς χαίρει ὁ πόλεμος καὶ οἷς ἀγάλλεται, κατασκευάσαι. ubi suspicionem interpretationis in contextum illatae moveri posse non diffiteor: illo certe vitio laborat, me iudice, *Dius* apud *Stob.* p. 409. v. 17. cuius verba, eiecto χαίρω, talem in modum esse refingenda mihi persuadeo: ἀλλ' ἐγὼν ἐπὶ τᾷ ἐμαυτοῦ εὐμορφίᾳ λῶμαι ἀτρεκέως ἀγάλλεσθαι. ceteroqui iungitur etiam ἥδεσθαι· οἷοισπερ καὶ αὐτὸς ἥδεταί τε καὶ ἀγάλλεται *Xenoph.* περὶ Ἱππ. p. 553. v. 32. Quod vero lexici, cuius partem *Montfauconius* edidit in Bibl. Coisl., auctor observat p. 471. in Ἤγαλλεν, praeter multos alios *Eunomium* etiam τὸν δυσσεβῆ hoc verbum frequentasse, verum est: quasi parum apte posuisset, sugillat eum, et satis quidem ineleganter, immeritum *Gregor.* Nyss. t. II. p. 759. τὸ μὲν ἀγάλλειν, inquit, ἴσον ἐστὶ τῷ ἐπικαυχᾶσθαι καὶ ἐπευφραίνεσθαι. melius ipse scripsisset, ἀγάλλεσθαι vel ἐπαγάλλεσθαι. Cum huius autem verbi ratione et significandi virtute optime conveniunt λαμπρύνειν, λαμπρύνεσθαι, quod Atticis penitus eripi nolim, et φαιδρύνειν, φαιδρύνεσθαι. Hemst. Etsi ea vox in Atticorum scriptis saepissime occurrit, altera tamen, λαμπρύνω nempe, non est repudianda, ut vel ex lexicis constare potest. Sallier. [cf. *Bekkeri* Anecdd. p. 219, 18. 324, 8. 9.]

8. Ἀριστειδ. . . . ἡμερ.] Absunt in B. sed A. agnoscit Stobb.

1. Ἐν τῷ Ἀπελλᾶ γ.] Male desunt haec verba in cod. Oxon. ut semper titulis indicati loci ille caret. Locus autem *Aristidis* extat t. I. 68. Ed. Jebb. MS. Leid. I. non male Ἀπελλᾶ γενεθλιακός. Oudend. Cod. A. ἐν τῷ τοῦ Ἀπελλ. Vid. *Aristid.* Orat. t. I. p. 6[illegible] pr. ed. Oxon. 1722. 4. conf. *Dio* p. 301. D. Stobb. MS. Leid. 2. (6) ignorat integram hanc Thomae observationem, quemadmodum etiam sequentem, quam nec Leid. 1. agnoscit.

2. Ἀγῆλαι.] Cod. A. ἀγῆλαι. et sic in *Aristid.* loco. Stobb.

3. Θουκυδ.] VI. p. 440. [VI. 41.] Id.

4. Χαίρω.] V. *Budaei* Comment. Ling. Gr. p. 743. *Herodot.* l. IX. Drak. Sic ἀγάλλονται oppon. τῷ αἰσχύνονται apud *Thucyd.* l. III. p. 229. B. Stobb.

5. Ἄγεται.] Dantur quaedam apud Graecos verba, quae cum habeant sonum activum et passivum ac utriusque sensum in suo sono, insuper in passivo saepe sensum habent activum, qui activo sono non perinde efferri potest, vel saltem a purioribus et ἀττικωτέροις Graecis scriptoribus ita efferri non solet. In illis est τὸ ἄγομαι. Docet hic auctor non recte dici, ἄγειν γυναῖκα, sed dicendum ἄγεσθαι γυναῖκα, pro λαμβάνειν, sive λαμβάνειν εἰς γάμον.

καὶ ἄγεται δὲ καὶ ἄγει ἀντὶ τοῦ φέρει. Πλάτων[1] *ἐν τῇ ἀπολογίᾳ Σωκράτους· ᾤχοντο εἰς Σαλαμῖνα καὶ ἤγοντο λέοντα.*

Ἀγνοήσομαι κάλλιον[2] *ἢ ἀγνοήσω*[3], *καὶ*

Addamus exemplum ex *Arrian.* VI. qui de nuptiis Alexandri Susis celebratis loquens ait: *καὶ ὅσοι δὲ ἄλλοι ἠγμένοι ἦσαν Μακέδονές τινας γυναῖκας* etc. N. B. Haec phrasis, *ἄγεσθαι γυναῖκα* etiam dicitur de *patre, filio suo uxorem stipulante;* sed hoc sensu additur dativus personae. *Pausan.* in Atticis: *ὡς δὲ ἐπανῆλθεν, Ἀγαθοκλεῖ τῷ υἱῷ Λυσάνδραν γυναῖκα ἠγάγετο. Homer.* Od. IV. [10.]
Υἱέϊ δὲ Σπάρτηθεν Ἀλέκτορος ἤγετο κούρην.
Herodian. de Mammaea et Alexandro: *ἠγάγετο δ' αὐτῷ τὴν γυναῖκα τῶν εὐπατριδῶν.* quod Latini dicunt, *despondere alicui filiam.* Terent. *Nam aliam ei pater desponderat gnatam Chremetis.* [Add. Herodot. I, 34.] Vid. *Bud.* Comment. L. Gr. p. 321. L. BOS. *Lysias* Or. I. p 5. [p. 92. Steph. §. 6. Bekk.] *Heliod.* Aethiop. IV. p. 181. [non aptus locus.] DRAK. *Phavor.* auctior, quem vide. et *Ammon.* v. *ἄγειν* et *Phryn.* voc. *ἄγει. ἄγουσι καὶ φέρουσι* est apud *Xenoph. Κυροπ.* III. fol 61. l. 19. [III. 2, 12.] it. p. 729. l. ult. [v. 4, 29.] *ἄγεται γυναῖκα πατήρ. Ioseph.* p. 159. A. 160. D. Gloss. p. 30. *ducit, ἄγει.* p. 81. *ducitur, ἄγεται, ἕλκεται.* WITT. Ita hoc sensu constanter Attici. Obvia sunt passim exempla. At *ἄγειν γυναῖκα* notat secum aliquo ducere uxorem: ut apud *Xenoph.* p. 70. et 139. Hinc iocus Eubatae qui promiserat Laidi se eam ducturum, (7) dum interim imaginem eius pictam secum auferret dicens se *ἄγειν Λαΐδα* apud *Aelian.* V. H. l. X. c. 2. Ceterum locus *Platonis* exstat p. 365. ed. Lugd. p. 32. ed. Serran. [p. 32. D. Steph.] scribendumque *Λέοντα. Ἄγειν* pro *ἄγεσθαι* est tamen apud *Aeschylum.* V. *Misc. Observ.* Vol. X. p. 350. OUDEND. Sic tamen *Josephus* in Vita sua §. 75. bis, sed variant codd. In Platonis loco non *ἤγοντο*, verum *ἤγαγον* editur. Conf. *Eustath.* ad Iliad. ξ. p. 954. vs. 35. et χ. p. 1386. vs. 42. ABRESCH. Conf. *Eunapius* p. 18. et 182. [Pater *τῷ παιδὶ ἀγόμενος γυναῖκα* Lucian. 3, 421. 71. [Conviv. c. 5.] *ὅταν* uxorem *εἰς δόμους — εἰς οἶκον* Pausan. 362. a. 380. b. — *ἄγῃ πόσις* Theodect. Stob. p. 422, 38. *ἠγάγετο* uxorem Isocr. 386. a. ap. Herod. p. 14, 15. Croesus *ἄγεται τῷ παιδὶ γυναῖκα.* ut hic p. 21, 48. p. 319, 27. *ἐδίδοσαν καὶ ἤγοντο ἐξ ἀλλήλων.* contra ap. Thuc. p. 517, 34. vid. ad Herod. 315, 28. *ἐν τῇ συνηθείᾳ* dicitur *γυναῖκά τις ἄγεται* Eustath. Il. ξ. p. 954. l. 35. Phalaris p. 10. l. 2. Plato l. VI. de LL. p. 771. E. *παρ' ὧν τέ τις ἄγεται καὶ ἃ καὶ οἷς ἐκδίδωσι.* a quibus ducit uxorem. cur? *Kuster.* de V. M. p. 22. [Ab alia manu: Sic et schol. Euripidis ad *Ὀρέ.* v. 246.] Haec *Valcken.* ap. Tittm. idem ad v. *Λέοντα* notat: „*Leontem. Λέοντα τὸν Σαλ.* interfecere 30 tyranni. Xenoph. 274, 8. Epist. Socrat. 7. p. 20. ubi plura Allat. p. 166. ed. Vasc. p. 18. *σαλ.* et *λέοντα.*“ Add. *Wesseling.* ad Diodor. Sic. XVIII. Add. 23. *Valcken.* ad Herodot. IV, 78.]

1. *Πλατ. ἐν τῇ Σωκρ. ἀπολ.*] Absunt haec in B. STOEB.

2. *Κάλλιον.*] *κάλλιον* ignorant cod. Leid. 1. et 2. et ed. Rom. BERN. Omitti non debet: futurum medium elegantius in hisce, quam activum usurpari docet. Vid. *Ἀπολαύσομαι· Ἀποφοιτήσομαι·*

ἄξομαι ἢ ἄξω. ὡσαύτως καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐχόντων μέσους[1] *μέλλοντας.*

Ἀγροῖκος[2] *ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ οἰκῶν, παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἁπλῶς· ἄγροικος*[3] *δὲ ὁ ἰδιώτης καὶ ἀπαίδευτος· οἱ*[4] *Ἀττικοὶ δὲ ἐπὶ τοῦ ἐν τῷ ἀγρῷ οἰκοῦντος καὶ ἐπὶ τοῦ ἰδιώτου καὶ ἀπαιδεύτου καὶ ἀναισθήτου προπαροξυτόνως ἄγροικος λέγουσιν. Ἀριστοφάνης*[5] *ἐν Πλούτῳ·*

Λέγεις ἄγροικον ἄρα σύ γ' εἶναι τὸν θεόν;

ἤγουν, ἀναίσθητον, καὶ πάλιν ἐν Νεφέλαις[6]*·*

Ζητήσομαι. Moer. in *Ἄξομαι* [p. 38. ubi vid. *Piers.*] *Βοήσεται· Θηράσεται·* etc. HEMSTERH. [Cf. *Matth.* Gr. Gr. Vol. I. §. 184. adn. 1. *Buttm.* Gr. Gr. Vol. II. p. 54. *Elmsl.* ad Ar. Acharn. v. 278. add. *ἀπολαύσομαι* p. 97. de *ἄξω* cf. etiam Dorvill. ad Char. p. 283. ed. Lips.]

3. *Ἀγνωήσω.*] Vitiose in ed. Blanc. pro *ἀγνοήσω*, ut bene MSS. et ed. Rom. et Vasc. OUDEND. L. *ἀγνοήσω.* conf. ad hunc artic. *Phryn.* v. *ἀκούσομαι.* WITTER.

1. *Μέσους.*] Cod. A. non habet; sed B. agnoscit. STOEBER.

2. *Ἀγροῖκος.*] Vid. *Stephani* Dial. Attic. p. 149. BENZEL. Adde *Casaub.* ad *Theophr.* Char. c. IV. *Aristoph.* Eq. vs. 41. et quos laudat Cl. *J. Alberti* ad *Hesychium* h. v. *Aristophanis* locus in Pluto est vs. 705. et in Nub. vs. 46. Ceterum vitiose ed. Blancardi *ἀδελφιδὴν* pro *ἀδελφιδῆν* exhibet. OUDEND. Conf. de h. v. *Ammon. Hesych.* v. *ἠγροικήσαμεν. Cyrillus. Timaeus* Soph. in Lex. Plat. MS. *ἄγροικος. σκληρὸς καὶ ἀπαίδευτος, ἢ ὁ ἐν ἀγρῷ κατοικῶν.* [p. 13. ed. Ruhnk. qui vid.] cf. *Casaub.* Not. ad *Theophr.* Charact. p. 137. Lugd. 1638. *ἄγροικος καὶ δυσμαθὴς Aristoph.* Nub. 646. *incultus Thuc.* III. p. 245. A. *Synes.* p. 165. D. STOEBERUS.

3. *Ἄγροικος.*] Multa sunt, in quibus ex variato vocabuli accentu significandi discrimen signari Grammatici tradiderunt: cuius generis in *Cyrilli* sive *Philoponi Συναγ. Δ. Τ. Λ.* notantur praeter hoc ipsum, in quo cum *Thoma* congruit, *ἀγελαῖος* et *ἀγέλαιος*, (8) *ἀγοραῖος* et *ἀγόραιος*, *γέλοιος* et *γελοῖος*, *νόμαιον* et *νομαῖον*. nam alia plura tono tantum diversa longe ab horum ratione discrepant: verum uter accentus utrius sit potestatis index, ipsi secum aliquando et inter se dissentiunt: regulam ab Atticorum usu pronunciandi maxime consueto fluxisse facile credideris; eandem semper exacte fuisse observatam, quis sibi persuaderi patietur? HEMSTERH. De *ἀγροῖκος* vid. *Poll.* IX, 12. et Comm. *Ammon.* p. 3. et *L. C. Valcken.*

4. *Οἱ Ἀττ. δὲ.*] Cod. B. legit *οἱ Ἀττ. δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ.* STOEBER. [Burm. eodem modo *οἱ Ἀ. δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ. Ex Add.*]

5. *Ἀριστ. ἐν Πλούτῳ.*] Vs. 705. add. *ἱππ.* v. 41. Steph. p. 149. *Joseph.* p. 961. A. *Liban.* I. p. 808. D. *Lucian.* Dial. Mer. Matris et Musar. t. IV. p. 410. Basil. [VII. 3.] *ὅτε ὁ γεωργὸς ὁ Ἀκαρνανεὺς ἧκε*, et paulo post de eod. *ἔστω. ἐκεῖνος ἀγροῖκος.* WITT. *Τὰ ἀπὸ ἀγροικίας agrestia. Aristid.* t. I. p. 283. STOBB.

6. *Ἐν Νεφ.*] Vs. 46. seq. ubi *ἀδελφιδῆν* rectius ex cod. A. Cod. B. leg. — *ῆν.* IDEM.

Ἔπειτ' ἔγημα Μεγακλέους[1], *τοῦ Μεγακλέους,*
Ἀδελφιδῆν, ἄγροικος ὤν, ἐξ ἄστεος.

ἤγουν, ἐν τῷ ἀγρῷ οἰκῶν· ἔστι[2] *δὲ καὶ ῥῆμα ἀγροικίζομαι, τὸ ἀπαιδεύτως*[3] *πρός τινα διατίθεμαι. Λιβάνιος*[4] *ἐν τῷ λόγῳ τῷ, πρεσβευτικὸς*[5] *πρὸς τὸν Ἀχιλλέα· εἰ ἠγροικισάμην*[6] *πρὸς ὁντινοῦν ἢ τῶν νέων ἢ τῶν πρεσβυτέρων.*

Ἄγχει[7] *κάλλιον ἢ πνίγει*[8].

---

1. *Μεγακλέους.*] Delet MS. Leid. 2.

2. *Ἐστὶ δὲ.*] L. *ἔστι δὲ* etc. Stoebberus.

3. *Ἀγροικίζομαι, τὸ ἀπαιδεύτως.*] Eo sensu usurpatur a *Platone* Theaet. p. 115. Vid. Steph. sed praeter hancce significationem alias habet nonnullas, v. g. qui alicui succensent, ii *ἀγροικίζεσθαι* dicuntur: sic exponendus *Plut.* t. I. p. 454. Eadem vox occurrit t. II. p. 575. verum ibi de illis sermo est, qui interrogati, agrestium more, respondere nolunt. Sallier.

4. *Λιβ. ἐν τῷ λόγ.*] t. I. p. 239. B. Oratio *Lib.* eadem, quae alibi: *πρὸς Ὀδυσσέα ἀπολογία Ἀχιλλ.* vid. Id. II. p. 412. D. pro *ἠγροικησ.* l. *ἠγροικισ.* Witt. *ἠγροικισ.* est in A. et B. Stoeb.

5. *Πρεσβευτικὸς.*] MS. Oxon. *πρεσβευτικῷ.* sed supra, *ἐν τῷ ῥητόρων διδάσκαλος.* Latet autem error in voce *Ἀχιλλέα.* verba (9) enim quae citantur exstant in *πρεσβευτικῷ τοῦ Ἀχιλλέως πρὸς τὸν Ὀδυσσέα. τὸν* non habent MSS. Leid. Oudend.

6. *Ἠγροικησάμην.*] *Εἰ ἠγροικισάμην* Vascos. et Oxon. MS. recte. Wolff. De quo non dubitandum, nec aliter codd. MSS. Leidd. Apud Libanium vulgo editur *ἠγροικισάμην εἰς.* Oudend.

7. *Ἄγχει.*] Quanquam propria virtute differant suamque singula ditionem teneant, in qua alteri locus non sit, attamen translata, quae ab origine non nihil dissita manans eodem tendit, promiscue ab Atticis etiam usurpantur. Hinc *ὑπὸ τῶν δανειστῶν* et *ἐπί τινι* vel *τινὶ ἄγχεσθαι, πνίγεσθαι. Iulian.* in Misop. p. 136. *ὁ δῆμος πνιγόμενος ὑπὸ τῶν πλουσίων.* utrumque in *Luciano* frequens. Hemsterh. Apud Graecos *πνίγειν* ut et *ἀποπνίγειν* et *ἄγχειν* plerumque dicuntur duri creditores, qui collo debitorum quasi constricto urgent eos ad solvendum debitum. Sed Attici malunt *ἄγχειν* hac notione usurpare, quam *πνίγειν. Aristoph.* Eq. p. 334. [v. 774.] *χρήματα πλεῖστ' ἀπέδειξα Ἐν τῷ κοινῷ, τοὺς μὲν στρεβλῶν, τοὺς δ' ἄγχων, τοὺς δὲ μεταιτῶν.* ad quem locum *schol. δηλοῖ διὰ τούτων τῶν ὀνομάτων τὸ βίαιον τῆς ἀπαιτήσεως. Lucian.* Symp. p. 648. [c. 32.] *οὐδὲ ἄγχω τοὺς μαθητάς, ἢν μὴ κατὰ καιρὸν ἀποδῶσι τοὺς μισθούς.* apud eundem in Dial. Mort. [22, 1.] Charon ad Menippum: *Ἀπόδος ὦ κατάρατε τὰ πορθμία.* et statim: *ἄγξω σε, νὴ τὸν Πλούτωνα, ἢν μὴ ἀποδῷς.* Minus Attice vero dicitur *πνίγειν*, quod habetur *Matth.* XVIII. 28. *κρατήσας αὐτὸν ἔπνιγε λέγων, ἀπόδος.* ut et *ἀποπνίγειν* apud *Pollucem* in Onom. *ἀποπνίγων τοὺς ὀφείλοντας.* L. BOS. *Ἀποπνίγω* tamen in usu est. *Lucian.* Dial. Meretr. p. 706. et 750. Drak. Differunt proprie, prius videtur praecedere, *πνιγμὸς* sequitur. *Apollod.* II. c. 5. sect. I. *κάτεσχεν ἄγχων, ἕως ἔπνιξε. Aristid.* t. 3. p. 125.

Ἀγώγιμα[1] κάλλιον ἢ φορτία[2]. εἰσὶ δὲ καὶ[3] ἀγώγιμα οὐ μόνον τὰ φορτία, ἀλλὰ καὶ τὰ ἁπλῶς κομιζόμενα. Συνέσιος ἐν τῇ αὐτοῦ ἐπιστολῇ[4]· πολλαῖς ἴϋγξι[5] γενομένην ἀγώγιμον. καὶ πάλιν ἐν ἐπιστολῇ[6]· τινὰ τὰ ἀπὸ Πτολεμαΐδος[7] ἀγώγιμα.

ὄνῳ συμπλακεὶς καὶ πνίγων τὸν λέοντα ἄγχειν ᾤετο. De creditoribus acerbe debita exigentibus, praeter loca Cl. *Bos* et *Hemsterhusii* ad *Lucian.* Dial. Mort. 22. c. 1. citata, *Basil.* t. II. p. 55. B. ὁ τὸν χρυσὸν κατορύσσων τοῦ ἀγχομένου καταφρονεῖς. quod laxe nimis convertit interpres *oppressum*. p. 6. D. νηστεία δανείου φύσιν οὐκ οἶδεν — οὐκ ἄγχουσιν ὀρφανὸν νηστευτοῦ παῖδα τόκοι πατρῷοι. Abresch. De re venerea usurp. ab *Anacr.* Od. 52. ubi de iuvene ebrio puellam vi comprimente: ὁ δὲ μὴ λόγοισι πείθων τότε μὴ θέλουσαν ἄγχει. Est etiam Pancratiastarum vox ἄγχειν. vid. *Olear.* ad *Philostr.* Icon. p. 819. [et Iacobs p. 62. 19.] Gloss. Angit, θλίβει, στενοχωρεῖ, ἄγχει, πνίγει. p. 16. Angitur, ἄγχεται. (10) Ancti, ἀγχόμενοι p. 206. Suffocat, πνίγει. Onom. *Calep.* p. 148. suffoco, ἄγχω, πνίγω. Witteb. Cum *Thoma* facit *Moeris Atticista* [p. 62. ed. Piers.] Ceterum observationem hanc Thomae omittit MS. Leid. 2.

8. Ἢ πνίγει.] Quod tamen praeter *Xenoph.* et *Lucian. Aristoph.* usu venit *Νεφ.* v. 1379. conf. *Galen.* voc. ἀγχόμενος. *Hesych.* v. ἀγκταλιάζει. Stobb.

1. Ἀγώγιμα.] Vid. *Salmas.* ad *Achill. Tat.* p. 741. [p. 975. ed. *Jacobs.*] Φορτία nonnunquam iunguntur: φορτίων φασὶν Ἑλληνικῶν τοὺς Ἰνδοὺς ἀγώγιμα ἄλλα ἀνταλλάσσεσθαι *Pausan.* III. p. 233. v. 31. quae minus adcurate Illustr. *P. D. Huetius* ad Polydori Lacedaemoniorum regis, cuius mentio apud *Pausaniam* praecesserat, aetatem referenda censuit de Navig. Ant. c. 6. Τὰ ἐξ Ἰνδῶν ἀγώγιμα *Iulian.* ep. 24. p 393. A. vim Graecae vocis expressit *Amm. Marcell.* XIV. p. 15. *alia plurima vehi terra marique consueta. Synesius* frequenter adhibuit, cuius exemplum prius nihil huc facit. Hemsterh. *Lucian.* Contempl. p. 345. *Eunapius* p. 38. ἀγώγιμος ἄνθρωπος. conf. *Hesychius.* [Xenoph. 204, 14. [Anab. V. 1, 16.] *Valck.* ap. Tittm. *Bekk.* Anecdd. p. 333, 22. Ἀγωγίμων: φορτίων ἐμπορικῶν. add. *Moer. Att.* p. 52. Pollux I. 99.]

2. Ἢ φορτία.] Occurrit tamen apud *Aristoph.* Plut. v. 352. et alibi. ut φορτίον ἐπάγεσθαι apud *Aelian.* V. H. IX. 14. ἀγώγιμα ἐκκομίζουσι *merces exportant Arrian.* Indic. p. 174. C. Henr. Steph. Stobb.

3. Δὲ καί.] Non leg. καί in A. et B. Idem. Delet καί MS. Leid. 1. sed MS. Leid. 2. hac observatione integra mutilus est. [Iure Summus *Schaefer.* καί delendum censuit ad Lamb. Bos. p. 517.]

4. Τῇ αὐτοῦ ἐπιστολῇ.] Est ep. 121. p. 257. MS. Oxon. et Leid. 1. habent αὐτῇ. Oudend. Cod. A. ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιστ. respiciens ad praec. artic. ἀκκισμός. Cod. B. simpl. Συνεσ. ἐν ἐπιστολῇ. Locus est p. 357. C. Stobb.

5. Ἴϋγξι.] Edit. Rom. et Phav. ἴυξι. Witt. [Ed. Vascos. ἴϋξι. *Valck.*]

6. Ἐν ἐπιστολῇ.] Desunt haec in Oxon. Innuit ep. 109. p. 252. Oudend. Non est in A. ἐν ἐπιστ. vid. Syn. p. 252. C. Stobb.

7. Πτολεμαΐδ.] Edit. Rom. et Phav. Πτολεμαΐδος. Id.

Ἀγωγὸς[1], οἱ ὕστερον ἐπὶ τῶν ὀχετῶν· οἱ δὲ παλαιοὶ ἐπὶ τοῦ ἡγουμένου ὁδόν τινα ἐκλαμβάνουσι. Θουκυδίδης ἐν τῇ δευτέρᾳ[2]· οὐκ εὔπορον ἦν διϊέναι ἄνευ ἀγωγοῦ. καὶ Ἀριστείδης ἔν τινι[3] τῶν ἱερῶν· ἐγὼ δὲ καὶ τοὺς ἀγωγοὺς αὐτοὺς[4] ἀνεζήτουν· εὕρηται δὲ τὸ ἀγωγὸς[5] καὶ ἀντὶ τοῦ ἐπαγωγὸς καὶ ἐπὶ τῶν τριῶν γενῶν.

---

1. Ἀγωγός.] *Euripides* dixit *χοὰς νεκρῶν ἀγωγούς* Hec. v. 536. id est, ut recentior schol. exponit, *ἀναφέρουσας τὰς ψυχάς*. *Dioscor.* V. 148. de magnete: *δύναμιν ἔχει πάχους ἀγωγόν*. atque (11) ita saepe apud Medicos. Ut veterum usum probet, *Thucydidem* adducit l. II. ubi sane c. 12. reperitur, *ξυμπέμπουσι τῷ Μελησίππῳ ἀγωγούς*. *Schol.* *ὁδηγούς*. *Hesych.* et *Suid.* rectius *προπόμπους*. sed quae subdit verba ex lib. IV. c. 78. sunt petita. Videtur ergo Thomas, dum mentem calamus festinantior praevertit, omisisse locum priorem et alterius, quem ponebat, indicium. Mirum vero *Pollucem* III. 95. qui pro *ὁδοῦ ἡγεμόσι* pluraliter *ἀγωγοὺς* et *ἀγωγέας* aeque probet, fastidiose singularem *ἀγωγεὺς* ut *εὐτελέστερον* repudiare: haec scilicet in multis est Atticistarum inverecunda subtilitas: mihi satis liquet, formam *ἀγωγεὺς* eo significatu vix ab Atticis usurpari, raro ab Ionibus; nam paulo diverse occurrit apud *Herodotum* II. c. 175. Ceterum noster consentit cum *Phrynicho*, qui p. 140. [p. 314. ed. *Lob.* qui uberius hac de re disputavit.] notat: *νῦν δὲ οἱ περὶ τὰ δικαστήρια ῥήτορες ἀγωγοὺς καλοῦσι τοὺς ὀχετοὺς τῶν ὑδάτων.* Hic quidem usus in iure Graeco celebratur: *Hesych.* in V. et *Ὄχετος*. *Herodian.* VII. 12. *ἐκκόψαι πάντας τοὺς εἰσρέοντας εἰς τὸ στρατόπεδον ἀγωγοὺς ὕδατος*· parique modo *Symmachus* Iesaiae c. XXX. 25. *διαιρέσεις ἀγωγῶν ὑδάτων*; an alibi *ἀγωγεὺς ὕδατος*, praeterquam in Gloss. Vet. inveniatur, non adfirmaverim. Hinc *ὑδραγωγὸς* et *ὑδραγωγεῖα*. Hemsterh. Pro *ἀγωγεὺς* *Herodot.* l. II. c. 175. *Moschop.* *περὶ σχεδ.* p. 128. Drak. Add. *Phav.* voc. *ὀχετός*. Stoeb. [*Valck.* laudat *Abresch.* ad Thuc. p. 173. Cf. *Bekk.* Anecdd. p. 333, 24. *Ἀγωγούς: προπομπούς.*]

2. Ἐν τῇ δευτέρᾳ.] Imo vero *τετάρτῃ* §. 78. ubi vide Cel. *Dukerum*. Nec leguntur hae voces in MSS. Leidd. Oudend. Lege *τετάρτῃ*. Legitur enim l. IV. p. 305. A. Codd. A. et B. simpliciter: *Θουκυδ.* Cui add. *Dio* p. 33. E. Stoeb. [Deleantur (vv. *ἐν τῇ δευτέρᾳ*) etiam auctore MS. Burm., cui desunt quoque *ἔν τινι τῶν ἱερῶν*. Sed exhibet quoque *ἀντὶ τοῦ ἐπαγωγός*, quae ex ed. Blank. exciderant. *Ex Add.*]

3. Ἔν τινι.] Nempe *δευτέρῳ* p. 304. ed. Jebb. Oudend. Codd. A. et B. non habent *ἔν τινι τῶν ἱερ.* Stoeb.

4. Αὐτοὺς.] Hoc praestare videtur illo, quod vulgo in *Aristide* editur *αὐτός*. Oudend.

5. Ἀγωγὸς.] Adde ex Vascos. et Oxon. *καὶ ἀντὶ τοῦ ἐπαγωγός*. Wolffius. Neque aliter MSS. Leidd. et ed. Rom. Negligenter haec verba in Blancardi editione omissa sunt, unde totius loci sensus perit. Bene autem *Thomas*: vid. *H. Steph.* Thesaur. In neutro (12) *ἀγωγὸν ἐπακτικὸν* apud *Photium* et *Suidam* occurrit. [*Bekk.* Anecdd. *p.* 333, 23. *Ἀγωγόν: ἐπακτικόν.*] *Hesychius*: *ἀγωγοῖς, τοῖς ἐπά-*

Οὐ μόνον Ἀγών[1], *ἀλλὰ καὶ ἀγωνία*[2] *καὶ ἀγωνισμός*[3]. *Θουκυδίδης ἐν τῇ ἑβδόμῃ*[4]· *πολλὴ δὲ ἡ ἀντιτέχνησις τῶν κυβερνητῶν καὶ ἀγωνισμὸς πρὸς ἀλλήλους. Πλάτων*[5] *ἐν Γοργίᾳ*[6]· *δεῖ μέντοι, ὦ Σώκρατες, τῇ ῥητορικῇ χρῆσθαι, καθάπερ*[7] *τῇ ἄλλῃ*

γουσιν. Aelian. l. II. H. A. c. XI. *τροφὰς ἡδίστας καὶ πεποικιλμένας εἰς τὸ ἀγωγόν τε καὶ ἐφολκόν.* et ita *ἀγωγή*, sed substantive, occurrit. vid. *Cuperi* Observ. l. II. c. 14. quo tamen loco acute nimis de *καταγωγίῳ* disserit, de quo alibi. Oudend. Cod. A. et ed. Rom. add. *καὶ ἀντὶ τοῦ ἐπαγωγός*, post *καὶ* deest in A. sed adest in B. Stoeb. Voce *ἀγωγὴ* aliquoties usus est *Hippocr.* vid. *Foesii* Oecon. p. 3.

1. *Οὐ μόνον Ἀγών.*] Cod. B. *Ἀγὼν καὶ ἀγωνισμός· ὁ αὐτὸς (Θουκυδ.) ἐν ζ. πολλὴ δὲ ἡ ἀντιτέχνησις τῶν κυβερνητῶν καὶ ἀγωνισμὸς πρὸς ἀλλήλους.* Caetera omnia desunt. Stoeb.

2. *Καὶ ἀγωνία.*] Integram hanc observationem delet MS. Leid. 2. sed haec verba MS. 1. *Athenagor.* Leg. pro Christian. p- 134. *τίς οὐχὶ τῶν περὶ σπουδῆς τὰς δι' ὅπλων ἀγωνίας - - - - ἔχει.* conf. Index *Aeliani.*

3. *Ἀγωνισμὸς.*] Est et *ἀγώνισμα. Thucyd.* l. I. p. 6. [I. 22.] sed magis poëticum ut testatur ibid. *schol. Herodot.* l. I. c. 140. Drak. [*Θουκυδίδης*] *ὁ αὐτός.* Vascos. praecessit *ἀπεικότως. Valcken.*]

4. *Τῇ ἑβδόμῃ.*] Lib. VII. §. 70. Articulus deest in Leid. 1. et saepe. Oudend. Idem valet *ἀγώνισμα* apud *Lysiam* Orat. XIII. p. 261. ed. Tayl. Lond. 1739. quod quidem aliter apud *Herodot.* Clio c. 140. p. 59. *Thucyd.* III. p. 229. B. et l. I. p. 16. A. Stoeb.

5. *Πλάτων.*] Pag. 285. A. [p. 456. C. Steph.] non alio discrimine, quam quod pro *καθάπερ* editur *ὥσπερ.* Abresch. Pertinent haec ad nov. §. quam Rom. edit. incipit: *καὶ ἀγὼν καὶ ἀγωνία Πλατ.* etc. quae hic saltem inserenda. Locus *Plat.* est t. I. p. 456. C. ubi pro *καθάπερ* est *ὥσπερ.* legitur et *ἀγωνία* apud *Xenoph.* Cyrop. II. p. 54. pr. ed. Francof. 1586. [II. 3, 15. ubi vid. *Poppo.*] *Diodor.* l. I. p. 33. C. *Laërt.* p. 191. A. Stoeb. Platonis locum codex MS. Leid. 1. hic delet, eumque cum ed. Vascos. ponit post *ἀπρονόητος*, unde eum huc retraxit *Blancardus.* [*ἀγωνία* Plato t. II. p. 145. C. l. II. de Repub. p. 374. A. *ἡ περὶ τὸν πόλεμον ἀγωνία.* t. III. Timaeo p. 19. B. *Valcken.* ap. Tittm. *Bekk.* Anecdd. p. 333, 19. *Ἀγωνίᾳ: Ξενοφῶν ἀντὶ τοῦ ἀγῶνι.*]

6. *Γοργίᾳ.*] Pag. 312. ed. Ficin. *πάσῃ* deest in Leid. 1. *ἀγωνίᾳ πάσῃ* ed. Rom. male autem *ἀγωνίᾳ πάσι* hic habet ed. Vascos. sed alibi sub V. *καὶ Ἀγὼν καὶ Ἀγωνία*, ubi solum *Platonis* exemplum recte exhibet. Sciendum autem ex duabus diversis notis hanc a *Blancardo* esse conflatam. Totum *Platonis* exemplum hic deest ab Oxon. et in Rom. et Vascos. hic non conspiciuntur *καὶ γὰρ* etc. usque ad finem. Oudend.

7. *Καθάπ. τῇ ἄλλ. πάσ. ἀγων.*] Pergit hic cod. A. *ἐκ δὴ τῆς ἀγωνίας ταύτης τῆς τὸν ἀγῶνα δηλούσης καὶ ἡ ἀγωνία, ἤγουν ὁ φόβος παρήχθη.* Stoebeb.

πάσῃ ἀγωνίᾳ· καὶ γὰρ τῇ ἄλλῃ[1] *ἀγωνίᾳ, οὐ τούτου ἕνεκα δεῖ πρὸς ἅπαντας*[2] *χρῆσθαι ἀνθρώπους.*

Ἀδολέσχης[3], *οὐκ ἀδόλεσχος*[4].

Ἀδωρότατος[5] *χρημάτων κρεῖττον, ἢ ἀδωρότατος μόνον. Θουκυδίδης ἐν τῇ δευτέρᾳ*[6]· *χρημάτων δὲ*[7] *διαφανῶς ἀδωρότατος γενόμενος.*

Ἀεὶ[8] *καὶ ἐπὶ τῶν τριῶν χρόνων τίθεται*[9]. *τὸ δὲ ἐσαεὶ*[10] *ἐπὶ μέλλοντος. καὶ ἐπὶ ἐνεστῶτος δέ,*

---

1. *Καὶ γὰρ τῇ ἄλλῃ.*] Haec et quae seqq. Plat. verba licet non incommode huc transscripta desunt in cod. A. ed. Rom. et Vascos. Idem.

[2. *Ἅπαντας.*] B. *ἄλλους ἅπ. Ex Add.*]

3. *Ἀδολέσχης.*] *Gloss.* garrulus *ἀδολέσχης*. Drak. In veram huius vocis originem inquirit *Phryn.* *προπαρ. σοφιστ.* h. v. [ap. *Bekker.* p. 21. sq.] et *Biset.* ad schol. *Aristoph.* Nub. v. 1482. Ad rem magis conducit *Theophr.* Charact. p. 10. seq. ubi omnino conf. *Casaub.* not. p. 127. seqq. Vocem vero *ἀδόλεσχος* vix est, quo reperias, praeterquam in monosticho *εἰς ἰατρούς*, ubi

Ἰατρὸς ἀδόλεσχος νοσοῦντι πάλιν νόσος.

Stobberus.

4. *Ἀδόλεσχος.*] Hoc tam Atticum quam commune agnoscit *Moeris.* [p. 27. ubi vid. Sall.] v. *H. Steph.* Thes. sine dubio tamen *ἀδολέσχης* magis Atticis in usu est, quam *ἀδόλεσχος*. Vide *Theophr.* Char. c. 3. ubi in MS. unico *ἀδόλεσχος*. *Aelian.* l. II. V. H. c. 3. utrumque apud *Pollucem* l. VI. segm. 109. [cf. *Lobeck.* ad Phrynich. p. 184.] Oudend.

Scripsit vir doctiss. *I. I. Wetstein.* ad *Paul.* Ep. ad Rom. V. 11. *Διαλλαγὴ δ. ἢ καταλλαγή, καὶ δ. π. οὐ καταλλαγαί. Τὸ δὲ κ. . . . δόκιμον· ὡσ. καὶ ἐ. τοῦ διαλλάττειν καὶ καταλλάττειν νόει.* Sed revocari debet vetustarum edd. proba lectio *Διηλλάγη . . ., κατηλλάγη,* pauloque post, *ἐνηλλάγη ἀντὶ τοῦ διηλλάγη,* quam mirandum est, potuisse *Blancardo* in mentem venire, ut mutaret. In praeferendis *διαλλαγαῖς* secutus est eandem rationem, quam in pluribus aliis, ubi frequentior Atticorum usus singulari pluralem numerum ducit potiorem: vid. *Ἀντίγραφα, Γάμους, Διαθῆκαι, Ἐνέχυρα, Ἐπιστολή, Σύμβολα.* Solas *διαλλαγὰς* notavit *Poll.* I, 153. habent *Eurip.* Phoen. v. 378. 440. 518. et paulo diversa potestate Suppl. (236) v. 209. *Aristoph.* Vesp. v. 470. Av. v. 1531. *Ἥξουσι πρέσβεις δεῦρο περὶ διαλλαγῶν.* et v. 1576. pro quo v. 1587. *περὶ πολέμου καταλλαγῆς.* quorum illud proprie, *de pactis ineundis*, quibus pax concilietur, hoc, *de bello ponendo. Διαλλαγὴ* vero in Acharn. v. 988. personam gerit: Iuno *διαλλαγὰς ποιεῖται πρὸς τὸν Δία* apud *Pausan.* IX. p. 716. nec facile quis neget, *διαλλαγὰς* saepius in vere

διαλλαγαὶ πληθυντικῶς, οὐ διαλλαγή[1]. τὸ δὲ κατ-

Atticis scriptoribus esse obvias, quam καταλλαγὴν aut καταλλαγάς. idem haud aeque verum in utrisque verbis, quae iunxit *Poll.* I, 153. καταλλαγῆναι certe *Thucydides* praebet IV. p. 272. v. 73. [cap. 59.] ubi Graev. C. διαλλαγῆναι ostentans alterumque in marginem reiectum, veteriorum membranarum auctoritati, par est, ut cedat; praesertim quum scholiastes adsentiatur. Adiectiva quidem hinc ducta ἀδιάλλακτος et ἀκατάλλακτος a *Polluce* coniuncta I, 151. promiscue solent usurpari: ut ἀδιάλλακτος ἐχθρὸς *Demosth.* in Timocr. p. 774. D. πόλεμος *Dioni Chr.* p. 473. B. sic ἀκατάλλακτος ἐχθρὸς *Zaleuco* in prooem. LL. apud *Stob.* p. 280. v. 12. quod vocabulum in eadem re narranda retinuit *Diod. Sic.* XII. p. 491. v. 80. ἀδιάλλακτον μῖσος *Basilio* t. III. p. 65. D. in Ies. p. 396. C. ἀκατάλλακτον *Firmo* Ep. 36. Διαλλακτὴς autem, *Dionys. Halic.* διαλλακτὴρ, arbiter, in quem partes litigantes compromittunt, sive, qui altercationes et controversias dirimit, apud *Thucyd.* IV. p. 272. v. 80. *Demosth.* in Olymp. p. 1065. D. *Eurip.* Phoen. v. 471. *Suid.* in V. pro quo vix usquam pari virtute καταλλακτὴν repertum iri credo: nam diversum huic vocabulo significandi modum recentiores addiderunt, ut observatum supra ad Ἀργυραμοιβός. Ceterum alium praeter *Thomam* grammaticum dicam verbis καταλλάττειν et καταλλαγὴ quasi parum spectatae bonitatis scripsisse, non commemini: ipse vero quum monet, καὶ εἰ (vel potius, ut alibi solet, εἰ καὶ) εὕρηταί που, sine dubio de *Paulo* cogitavit, cui καταλλάξαι, καταλλαγῆναι et καταλλαγὴ in epistolis ad Romanos et Corinthios sunt usitata. Saepius autem voces N. F. quibus censoria reliquorum grammaticorum nota pepercit, condemnat; quarum indicem opportuniore loco trademus. Porro, *Thoma* iudice, castigate scripsit *Matth.* V, 24. διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, quamvis ibi quoque unus et alter cod. καταλλάγηθι, quibus auscultandum non est. Hemsterh.

Pessime hic Thomam corrupit ultimus editor, ex tertia aoristi sec. passivi persona, nobis effingens quasi nomen substantivum: nam auctoritate MSS. et edd. Rom. Vasc. reponendus accentus in antepenultima διηλλάγη, κατηλλάγη; ac deinceps ἐνηλλάγη, διηλλάγη, συνηλλάγη; ut vel evincit adpositus *Thucydidis* locus e I. I. c. 120. ὅσοι etc. ἐνηλλάγησαν. Oudend. [*Bekk.* Anecdd. p. 102, 18. Καταλλαγῆναι: φασὶ διαλλαγῆναι. Θουκυδίδης τετάρτῳ δίς.]

(237) 1. Οὐ διαλλαγή.] Revera quidem nomen illud plurali numero scriptores Attici efferunt. *Eurip.* v. g. Phoen. v. 378.

> Ὡς δεινὸν ἔχθρα, μᾶτερ οἰκείων φίλων
> Καὶ δυσλύτους ἔχουσα τὰς διαλλαγάς.

Neque aliter *Andocides*, cuius haec verba orat. I. p. 217. φέρε δὲ τοίνυν, οἱ ὅρκοι ὑμῖν πῶς ἔχουσιν; ὁ μὲν κοινὸς τῇ πόλει ἁπάσῃ, ὃν ὀμωμόκατε πάντες μετὰ τὰς διαλλαγάς. Sed aeque recte nomen καταλλαγὴ usurpatur, quippe quod occurrat apud *Aeschylum* sept. ad Theb. v. 773.

> Τέλεια γὰρ παλαίφατοι ἀραὶ
> Βαρεῖαι καταλλαγαί.
> Τὰ δ' ὀλοὰ τελλόμεν' οὐ παρέρχεται.

Reperitur et apud *Demosthenem* Olynth. I. p. 1. Πρὸς δὲ τὰς καταλλαγάς, ἃς ἂν ἐκεῖνος ποιήσαιτο ἄσμενος πρὸς Ὀλυνθίους. Adiungi posset *Aristophanes* Avib. v. 1587. in eo ab *Aeschylo* et *De-*

αλλαγὴ εἰ καὶ εὕρηταί[1] που, ἀλλ' οὐ δόκιμον. ὡσαύτως καὶ ἐπὶ τοῦ διαλλάττω καὶ καταλλάττω νόει. οὐ μόνον δὲ ἀντὶ τοῦ φιλιῶ[2] τὸ καταλλάττω[3] εὕρηται, ἀλλὰ καὶ ἀντὶ τοῦ παραλλάττω. Ἀριστείδης ἐν τῷ Αἰγυπτίῳ[4]· πλειόνως ὡς εἰπεῖν διαλλάττει, ἢ ἄλλο ἔθνος πρὸς αὐτὴν Αἴγυπτον. Θουκυδίδης[5] δὲ καὶ ἐνηλλάγη ἀντὶ τοῦ διηλλάγη[6] λέγει· ὅσοι

---

mosthene diversus, quod singulari numero uti non dubitaverit; qua in re paucos, qui ipsum imitarentur, habuit. Sall.

Καταλλαγαὶ apud *Liban.* ep. 876. Oudend. Leg. καταλλαγαί. Stobb.

1. *Εἰ καὶ εὕρηται.*] Ita codd. A. B. Del. που. Vid. praeter loca a lexicogr. subministrata *Chrysost.* t. I. p. 45. A. t. V. p. 489. A. *Ioseph.* p. 228. D. 229. D. Sic etiam καταλλάττω non inusitatum penitus. *Ioseph.* p. 347. A. *Thucyd.* l. IV. 290. fin. καὶ νῦν πρὸς ἀλλήλους δι' ἀντιλογιῶν πειρώμεθα καταλλαγῆναι. schol. διαλλαγῆναι in sua enarratione utitur. Stobb.

Sic MSS. non καὶ εἰ. Abest a Leidd. που; et in Leid. pro οὐ δόκιμον exaratur ἀδόκ. Oudend. [Deest που a Burm. ac deleatur. *Ex Add.* Delevit *Ritschel.*]

2. *Ἀντὶ τοῦ φιλιῶ τὸ καταλλάττω εὕρ.*] Rectius quam φιλῶ in A. Stobb.

Si sequens *Aristidis* ex t. II. p. 335. ed. Angl. [vol. II. p. 444. *Dind.*] exemplum auctoris propositioni respondebit, legi oportet διαλλάττω: atque sic sane praebet Oxon. dum Leidd. hoc comma non agnoscunt. In Aristide vero vulgo πλεῖον ὡς, non πλειόνως ὡς, editur. Oudend.

3. *Τὸ καταλλ.*] Scr. διαλλάττω. Witter.

4. *Ἀριστείδης ἐν τῷ Αἰγ.*] Pag. 91. A. l. 8. ubi πλεῖον pro πλειόνως. Idem.

Cod. A. ut in text. In cod. vero B. verba οὐ μόνον et quae ad fin. usque hic leguntur, plane deficiunt. Stobb. [Verba οὐ μόνον usque ad *Αἴγυπτον* exsulant a Burm. *Ex Add.* Eiecit h. l. verba *Ritschel.* In fine autem litterae Δ hanc paragraphum ita exhibuit: Διαλλάττω οὐ μόνον τὸ φιλιῶ, ἀλλὰ καὶ τὸ παραλλάττω. cet.]

5. *Θουκυδίδης.*] Lib. I. p. 78. A. ubi si schol. audieris, quem (238) secutus sua versione *Steph.* longe aliud sonant *Thucyd.* verba: ἡμῶν δὲ ὅσοι μὲν Ἀθηναίοις ἐνηλλάγησαν optimus ille interpres reddit: quicunque nostrum ab Atheniensibus *dissociati* sumus. Ad mentem grammatici expressa versio in edit. *Duk.* p. 76. quam confirmat *Dion.* Halic. in not. ibid. excitatus p. 134. ἐνήλλαξαν dici putat pro συνήλλαξαν. Sic διαλλάττειν quoque contrario sensu usurpatur a *Lucian.* Prometh. p. 25. Stobb.

Eius loca habentur l. I. c. 120. VIII. c. 90. III. c. 82. ubi γένοιντο e nostro defendi potest. V. *Wass.* p. 218. In fine δὲ abest a Leid. pr. qui dat insuper ἐπί το pro ὡς ἐπί. Oudend.

6. *Ἐνηλλ. ἀντὶ τοῦ διηλλ.*] Cod. B. sic: Θουκυδ. δὲ καὶ ἐνηλλάγη, ὡσαύτως ἐν τῇ ἡ ἐπιστειλ. κ. τ. λ. Locus est p. 607. D. ubi pro γένοιντο codd. A. B. legunt γένοιτο. Stobb.

μὲν Ἀθηναίοις ἤδη ἐνηλλάγησαν. καὶ συνηλλάγη ὡσαύτως ἐν τῇ ὀγδόῃ· ἐπιστείλαντες ξυναλλαγῆναι πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους. καὶ πάλιν ἐν τῇ τρίτῃ· καὶ ὅρκοι εἴ που ἄρα γένοιντο ξυναλλαγῆς. διαλλαχθήσομαι δὲ κάλλιον ἢ διαλλαγήσομαι· ὡς ἐπὶ πολὺ[1] γὰρ οἱ μέλλοντες πρῶτοι προτιμῶνται τῶν δευτέρων μελλόντων.

Διῆρες, οὐχ ὑπερῷον[2]. Εὐριπίδης ἐν Φοινίσσαις[3]· ἐς διῆρες ἔσχατον.

Δικάζω φόνον, ὡς Εὐριπίδης ἐν Ὀρέστῃ·

—— ἐν οὐ καλῷ μὲν ἐμνήσθην[4] θεῶν,
Φόνον δικάζων. —— ——

καὶ δικάζω[5] ἀνθρώποις. δικάζομαι δὲ τῷ δεῖνι φόνου ἀντὶ τοῦ παρὰ δικασταῖς ἐγκαλῶ· ὡς ἔχει παρὰ Λιβανίῳ[6] ἐν ἐπιγραφῇ μελέτης τὸ[7], δικάζεται Ποσειδῶν Ἄρει ὑπὲρ Ἁλιῤῥοθίου.

Δικαστήριον καὶ ὁ τόπος, ἐν ᾧ αἱ δίκαι τελοῦνται, καὶ αὐτοὶ οἱ δικάζοντες καὶ ὁ τῆς πό-

---

[1. Ὡς ἐπὶ πολύ.] Leid. pr. Burm. ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. *Ex Add.* — *Ritschel.* ὡς ἐπιτοπολύ.]

2. Ὑπερῷον.] Ea voce tamen utitur *Aristoph.* Plut. IV. I. II. Drakenb.

Conf. *Eustathius* ad Iliad. *Π.* p. 1069. et Odyss. *Α.* p. 61. *Theophr.* de Odor. p. 190. διὸ καὶ οἱ μυροπῶλαι ζητοῦσι τὰς οἰκίας ὑπερῴους καὶ μὴ προσηλίους. *Pollux* Onom. l. I. sect. 81. p. 53. ὑπερῷα οἰκήματα, τὰ δ' αὐτὰ καὶ διήρη. ubi vid. *Iungermannus.* Conf. Cel. *Alberti* ad *Hesych.* V. διῆρες. et *Gatakerus* ad *M. Antonin.* l. VI. p. 181.

3. Φοινίσσαις.] Vers. 90. [v. 88. *Pors.*] Cum nostro errat *Moeris* [p. 131. (96. ed. Lips.)] Ὑπερῷον Atticis aeque ac κοινῷ frequentissimum est; ac Plato Comicus Atticus iunxit διῆρες ὑπερῷον. Oudend.

(239) 4. Μὲν ἐμνήσθην.] Male ed. Rom. μὲν οὖν. et Leid. pr. ἐμνήσθη. *Euripidis* versus est 578 [572. *Pors.*] Idem. Cod. A. μὲν οὖν ἐμν.

5. Δικάζω] *Antiph.* Or. I. p. 15. Drakenb.

V. *Doun.* ad *Chrys.* p. 307. in notis Savil. Bentzel.

6. Λιβανίῳ.] T. I. p. 540. [vol. IV. p. 402. *Reisk.*] Abresch.

7. Ἐν ἐπιγραφομένῃ μελέτῃ.] Codd. A. B. ἐν ἐπιγραφῇ μελέτης. Pro τὸ cod. B. καί. in cod. A. deest. Stobb.

Immo in ipsa ἐπιγραφῇ μελέτης t. I. p. 540. ed. Morel. ut diserte legitur in Leid. pr. Oudend. [Burm. ἐν ἐπιγραφῇ μελέτης et pro τὸ dat καί. *Ex Add.* — *Ritschel* dedit ita: ὡς ἔχει τὸ (ex cod. Basil.) π. Λ. ἐν ἐπ. μελέτης· καὶ δικ. Apud Liban. quoque legitur καὶ δικ.]

λεως ἄρχων, ἀπὸ τοῦ τὰς ἐν αὐτῇ[1] δίκας διοικεῖν οὕτω καλούμενοι. Συνέσιος περὶ Μαρκελλίνου τοῦ ἄρχοντος τὸν λόγον ποιούμενος οὕτω λέγει· παρεῖναι μὲν οὖν ἡμῖν καὶ τὸ δικαστήριον ἐβουλόμεθα, ἐπειδὴ[2] τυγχάνει ὢν ὑπερόριος.

Δίκη ἡ ἰδία, γραφὴ ἡ δημοσία[3]. Πλάτων ἐν τῷ Εὐθύφρων ἢ περὶ ὁσίου[4]. εἰσάγει γὰρ πρῶτον

---

1. Ἐν αὐτῇ.] Vitiosissime ediderat Blancardus ἐν αὐτῷ. MSS. Leid. Oxon. edd. Rom. Vasc. *Phavor.* praebent αὐτῇ, quod requirente sensu restitui; sc. πόλει, in qua qui ius cum iudicibus administrat Archon, ipse eiusque consilium dicitur urbis δικαστήριον. Ceterum *Synesii* locus ep. 62. [p. 205. D.] e nostro corrigendus. Male enim illic vulgo legitur ὑμῖν. Dein Leid. pr. exhibet ἐπεὶ δέ, uti in fine epistolae ibidem emendavit *Petavius*. Porro in Leid. pr. est ἐβουλευόμεθα. Oudend.

A. B. *Phav.* Rom. αὐτῇ.

2. Ἐπειδή.] Codd. A. B. ἐπεὶ δέ.

3. Δίκη, ἡ ἰδία· Γραφή, ἡ δημοσία.] *Harpocr.* h. v. Drak. Longe aliter MSS. codices. A. Δίκη ἐπὶ τῶν δημοσιῶν· γραφὴ δὲ ἐπὶ τῶν ἰδίων. B. δίκη ἡ δημοσία, γραφὴ ἡ ἰδία. Πλ. ἐν τῷ Εὐθ. δίκην αὐτὴν καλοῦσιν, ἀλλὰ γραφήν. Caetera omnia hic deficiunt. Hunc secutus Callierg. Stobb.

Fingi poterat ex veterum edd. lectione: Δίκη, ἡ ἰδία· ἡ δημοσία γραφή. Statim nisi scripseris ἐν vel ἐπὶ τοῖς ἰδίοις, sensum (240) *Thomae* vix expedies. Platonis locus, ut plane intelligatur, pluribus opus habet, quam quae hic proferri possint. Δίκη generale nomen publicas privatasque actiones complectitur; sed proprio et arctiore fori Attici usu de privatis poni solet, ut γραφὴ tantum de publicis; quare γραφὰς etiam δίκας adpellare licet, non contra, ut monuit *Poll.* VIII. 41. haec causa est, cur apud *Lysiam* aliosque saepe iuncta reperias, γραφὰς γράψασθαι et ἰδίας δίκας δικάζεσθαι. ἴδιος enim hic idem quod ἰδιωτικός. propterea bene *schol. Aristid.* t. II. p. 161. Δίκη, ἡ περὶ ἰδιωτικῶν πραγμάτων κρίσις· γραφὴ δὲ ἡ περὶ τῶν δημοσίων. et apud *Poll.* VIII. 31. ἰδιωτικὰ δικῶν ὀνόματα pro ἰδιωτικῶν. et ἀμφισβητήματα ἰδιωτικὰ S. 39. lites *adversus privatos instructae.* Hemst. [Cf. *Bekkeri* Anecdd. p. 241, 6. *Bachmann.* Anecdd. vol. I. p. 199, 3.]

Ita quidem edidit Blancardus, consentientibus *Harpocratione*, *Suida* et *Phrynicho*, ubi vid. *Pauw.* p. 214 [p. 473. *Lob.*] et iubente ipso, quem profert *Thomas*, Platonis loco in Euthyphronis principio. Sed MSS. Leidd. ostentant Δίκη ἡ δημοσία, γραφὴ ἡ ἰδία. Edd. Rom. Vasc. Δ. ἢ δημ. γρ. ἢ ἰδία. fors. Δ. οὐ δημοσία γραφή, ἀλλ' ἰδία. Oudend. [Δίκη etc.] Cum Leidd. facit Burm. Vide locum. *Ex Add.*]

4. Ὁσίου.] Cod. A. sic pergit: οὗτοι δὴ Ἀθηναῖοί γε ὦ Εὐθύφρων δίκην αὐτὴν καλοῦσιν, ἀλλὰ γραφήν. εἰσάγει γὰρ κ. τ. λ. γραφὴ apud *Liban.* t. I. p. 117. D. 560. B. 561. B. Pertinet huc *Lysias* qui, p. m. 256. ait: περὶ δὲ συκοφαντίας ὅσας οὗτος ἢ δι-

τὸν Εὐθύφρονα, δίκην τοῖς ἰδίοις[1] λέγοντα, εἶτα τὸν Σωκράτην ἐπιδιορθούμενον τὸ ὄνομα διὰ τῶν τοιούτων· οὐ δή που[2] Ἀθηναῖοί γε, ὦ Εὐθύφρον, δίκην αὐτὴν καλοῦσιν, ἀλλὰ γραφήν[3].

Δικροῦν[4], οὐ δίκρουν. ἀπὸ τοῦ δικρόου γάρ.

Δῖνος[5] ἡ κύκλῳ στροφή, ἀφ᾽ οὗ καὶ τὸ κύκλῳ στρεφόμενον σῶμα δῖνος, οἷον[6] ὁ οὐρανός[7]. καὶ τὸ κυκλικὸν μέντοι σῶμα, οὐ μὴν δὲ καὶ στρεφόμενον[8] κύκλῳ, δῖνος λέγεται διὰ τὸ κυκλοτερῆ[9], ὡς αὐτός[10], εἶναι πάντως τὰ στρεφόμενα κύκλῳ.

κας ἰδίας συκοφαντῶν ἐδικάζετο, ἢ γραφὰς ὅσας ἐγράφετο κ. τ. λ. Stobb. Pag. 48. initio dial. Abresch. [Verba εἰσάγει — τοιούτων uncis circumscripta ad finem paragraphi cum cod. Par. A. reiecit *Ritschel.*]

1. *Τοῖς ἰδίοις.*] Praepositionem ἐν addi volebat *Wolfius.* Sed omnia haec εἰσάγει etc. usque ad τοιούτων rectius haud agnoscunt Leidd. codd. [desunt etiam in Burm. *Ex Add.*] Mox pro οὐ δήπου in *Platone* legitur οὗτοι δή. Neque aliter hic in Leid. pr. Oudend. Cod. A. τὴν ἰδίαν. [Iure recepit hoc *Ritschel.*]

[2. *Οὐ δή που.*] Burm. οὗτοι δή. *Ex Add.*, Ita et apud Platonem. Restituit recte *Ritschel.*]

3. *Γραφήν.*] Ita capit *Antiph.* Or. I. p. 15. qui γραφὴ de accusatione veneficii usurpat. Drak.

4. *Δικροῦν.*] Conf. *Galen.* h. v. Witter. V. ad *Phrynich.* p. 100. [p. 233. *Lobeck.*] Oudend. Conf. *Phavor.* h. v.

(241) 5. *Δῖνος.*] Hinc δινεῖν idem notat. *Salmas.* ad *Spart.* Ael. Ver. c. 6. p. 238. Drakenb.

Vid. *Lampe* de Cymbal. Vet. l. I. c. 13. p. 83. *Manetho* Apotelesm. l. VI. vs. 577.

Ὀστέα δὴ νώτοις σφετέροις φορέουσιν ἐπ᾽ ὤμοις.

Emendo ὀστέα δινωτοῖς, aut si mavis δεινωτοῖς κ. τ. λ. Aliam viam tentabat Cel. *D'Orville* Animadv. ad *Charit.* p. 787. [*Δῖνος, area, Valcken.* ad Herodot. II. 14. p. 174.]

6. *Δῖνος οἷον, ὁ οὐρανὸς . . . σῶμα.*] Haec omnia in cod. B. non leguntur. Post δῖνος hic addit λέγεται *Phav.* Hinc δινεύων apud *Eurip.* Orest. v. 835. Stobb.

7. *Ὁ οὐρανός.*] Sic interpungendus hic locus; ut contra plenas distinctiones sustuli post σῶμα sequens, et κύκλῳ. Oudend.

8. *Οὐ μὴν δὲ καὶ στρεφ.*] *Phav.* sic: διαστρεφόμενον κύκλῳ δίν. λέγ. διὰ τὸ κυκλικῶς τὰ ἄλλα στρέφεσθαι ἐν αὐτῷ. Witter. [Particulam δὲ uncis inclusit *Ritschel.* fortasse iniuria.]

9. *Διὰ τὸ κυκλοτερῆ. ὡς αὐτὸς εἶναι πάντως*] Cod. A. ὡσαύτως εἶναι πάντα τὰ κ. τ. λ. Stobb.

Forte εἰκός. Wolf.

Bene, si recte distinguas hoc modo: διὰ τὸ κυκλοτερῆ, ὡς εἰκός, εἶναι πάντως, vel cum MSS. Leidd. πάντα. Oudend.

10. *Ὡς αὐτός.*] L. διὰ τὸ κυκλοτερῆ. ὡσαύτως εἶναι πάντα τὰ στρεφόμενα κύκλῳ. [Ita dedit *Ritschel.*] *Moschopulus* in prioribus

Διορθοῦν[1] κυρίως ἐπὶ δοράτων βολῆς· ἐπανορθοῦν[2] ἐπὶ λόγων.

---

ad verbum paene consentiens hic habet, διὰ τὸ κυκλικῶς τὰ ἄλλα στρέφεσθαι ἐν αὐτῷ. Hemsterh.

Forte leg. διὰ τὸ κυκλοτερές· ὡσαύτως δεῖναι pro δῖναι πάντα κ. τ. λ. *Hesychius* Δεῖναι, αἱ τῶν ὑδάτων συστροφαί. Κυανέας δίνας habes in Inscript. apud *Whelerum* t. I. Itiner. p. 179. *Callimachus* hymn. in Del. vs. 149.

— — θοὰς δ' ἐστήσατο δίνας.

1. Διορθοῦν.] Ait *Thomas*, id verbum de illo dici proprie, qui coniectis telis a scopo non aberrat, quo sensu ea vox nobis se nondum obtulit; accedit tamen *Ammonius*, qui telis, obeliscis et sermonibus significandis idoneam esse scribit: διορθοῦν καὶ ἐπανορθοῦν διαφέρει, inquit, διορθοῦν μὲν γὰρ καὶ ἐπὶ δοράτων, καὶ ἐπὶ ὀβελισκῶν καὶ ἐπὶ λόγων· ἐπανορθοῦν δὲ ἐπὶ μόνων λόγων. Fides sit penes autorem: hactenus enim nihil vidisse contigit, quod vel ad tela, vel ad obeliscos referri possit. Διορθοῦν vero dicitur, qui vel dicta vel litteris consignata emendare conatur; prioris significationis exemplum suppeditat *Eurip.* Suppl. v. 417. (242)

Ἄλλως τε πῶς ἂν μὴ διορθεύων λόγους
Ὀρθῶς δύναιτ' ἂν δῆμος εὐθύνειν πόλιν.

Alterius autem *Isocr.* p. 405. ἀλλὰ πρὸς τούτοις ἐν μὲν ταῖς συνουσίαις, ἢν ἀγνοηθῇ τι τῶν λεγομένων, ἢ μὴ πιστευθῇ, παρὼν ὁ τὸν λόγον διεξιὼν ἀμφοτέροις τούτοις ἐπήμυνεν. ἐν δὲ τοῖς ἐπιστελλομένοις ἄν τι συμβῇ τοιοῦτον, οὐκ ἔστιν ὁ διορθώσων. ἀπόντος γὰρ τοῦ γράψαντος, ἔρημα τοῦ βοηθήσοντός ἐστιν. ubi tamen διορθοῦν rectius exponas, *mentem aperire* et *obscura explicare*. Disertius igitur *Plutarchus* t. I. p. 93. ἐγὼ δὲ, inquit, λόγον ἔνδοξον οὕτω καὶ τοσούτους μάρτυρας ἔχοντα καὶ, ὃ μεῖζόν ἐστι, πρέποντα τῷ Σόλωνος ἤθει καὶ τῆς ἐκείνου μεγαλοφροσύνης καὶ σοφίας ἄξιον, οὔ μοι δοκῶ προήσεσθαι χρονικοῖς τισι λεγομένοις κανόσιν, οὓς μυρίοι διορθοῦντες ἄχρι σήμερον εἰς οὐδὲν αὑτοῖς ὁμολογούμενον δύνανται καταστῆσαι τὰς ἀντιλογίας. De illis enim sermo est, qui, dum aliorum canones chronologicos emendare student, nihil ipsi proferunt, in quo possis acquiescere. Neque aliter accipienda haec *Diogenis* Laërt. p. 265. φασὶ δὲ καὶ Ἄρατον πυθέσθαι αὐτοῦ, πῶς τὴν Ὁμήρου ποίησιν ἀσφαλῆ κτήσαιτο; τὸν δὲ εἰπεῖν, εἰ τοῖς ἀρχαίοις ἀντιγράφοις ἐντυγχάνοι, καὶ μὴ τοῖς ἤδη διωρθωμένοις. Hinc translata vox ad id omne, quod corrigi aut emendari potest: nam ab ὀρθὸς *rectus* fit ὀρθόω *rectum facio*, inde διορθόω illud, quod *rectum esse desiit, ad priorem statum revoco*. διορθοῖ, itaque, qui *errata corrigit*. Ita *Plutarchus* p. 516. διὸ καὶ τοῖς ἐχθροῖς ὠφελιμώτερός ἐστιν ὁ πολυπράγμων. τὰ γὰρ ἐκείνων ἐλέγχει καὶ προφέρεται καὶ δείκνυσιν αὐτοῖς, ἃ δεῖ φυλάξασθαι καὶ διορθῶσαι. Διορθοῖ praeterea, qui *recta monet*: eo sensu ait *Antoninus* Imp. p. 243. μέμνησο, ὅτι καὶ τὸ μετατίθεσθαι καὶ ἕπεσθαι τῷ διορθοῦντι ὁμοίως ἐλεύθερόν ἐστι. quo referas phrases illas, διορθῶσαι τὸ σῶμα ἐπίνοσον φύσει καὶ ἀνιάτως ἔχον. Sallier

2. Ἐπανορθοῦν.] *Isocrat.* ad Demon. p. 47. Drakenb.

Demosth. Olynth. I. p. 55. et or. de Rhod. libertate p. 50. ἀλλ'

Διπλοῦν[1] κατὰ μέγεθος· διπλάσιον δὲ ἐπὶ ἀριθμοῦ[2].

Δισκοβόλος[3] οὐ δεῖ λέγειν, ἀλλὰ δισκευτής[4].

ἀφ' ὁποίων λόγων — — ἐπανορθώσεταί τις ἃ νῦν οὐκ ὀρθῶς ἔχει. [Discrimen, quod inter has voces statuunt Ammonius et Thomas, falsissimum esse recte monuit *Lobeck.* ad Phrynich. p. 250.]

1. *Διπλοῦν.*] *Thomae* praeivit *Ammonius: διπλοῦν*, inquit, *καὶ διπλάσιον διαφέρει. διπλοῦν μὲν γάρ ἐστι κατὰ μέγεθος, διπλάσιον δὲ κατ' ἀριθμόν. ὡς διπλάσιον καὶ τετραπλάσιον· οἷον διπλάσια χρήματα ἔχει. ἐπὶ δὲ τῶν διπλουμένων τὸ διπλοῦν. ὥσπερ ἐπὶ τῶν πτύσσομένων ἱματίων, διπλοῦν τὸ ἱμάτιον, οὐκέτι διπλάσιον. Ammonio* autem veterum grammaticorum plerique, si fides *Eustathio* (248) p. 1863. *εἰς δὲ τὸ διπλῆν γράφουσιν οἱ παλαιοί, ὅτι διπλοῦν μὲν κατὰ τὸ μέγεθος, ἱμάτιον γὰρ πτυσσόμενον διπλοῦν λέγεται. διπλάσιον δὲ κατὰ ἀριθμόν. οὕτω γοῦν διπλάσια χρήματα λέγεται.* Sed illorum nemo audiendus, cum veteres duabus illis vocibus promiscue usi esse deprehendantur. Certe *διπλοῦν* etiam de numero dicitur, ut ostendunt haec *Aeschyli* Sept. ad Theb. v. 978.

ΑΝ. διπλᾶ λέγειν. ΙΣΡ. διπλᾶ δ' ὁρᾶν.

Neque minus diserte *Euripides* Alcest. v. 1076.

Διπλῆν, inquit, *φοβοῦμαι μέμψιν, ἔκ τε δημοτῶν,*
Μή τις μ' ἐλέγξῃ, τὴν ἐμὴν εὐεργέτιν
Προδόντ', ἐν ἄλλης δεμνίοις πιτνεῖν νέας·
Καὶ τῆς θανούσης, ἀξία δέ μοι σέβειν.

Quae si quis attente consideret, ea ad magnitudinem referri non posse, nullo negotio intelliget. Idem dicendum de hocce *Sophoclis* loco Phil. v. 793.

— — — — — ὦ διπλοῖ στρατηλάται
Ἀγάμεμνον, ὦ Μενέλαε, πῶς ἂν ἀντ' ἐμοῦ
Τὸν ἴσον χρόνον τρέφοιτε τήνδε τὴν νόσον;

Nunc veniamus ad nomen *διπλάσιον*, quod ad magnitudinem etiam pertinere demonstrandum est; illud autem non operosum; nam bis ita accipitur apud *Theophrastum:* prior locus occurrit L. de Lapid. p. 397. *εὑρίσκονται δὲ τοιαῦται*, inquit, *πᾶσαι ἐν τῷ ποταμῷ Τμώλῳ. λεία δὲ ἡ φύσις αὐτῶν καὶ ψηφοειδής, πλατεῖα οὐ στρογγύλη. μέγεθος δ' ὅσον διπλασία τῆς μεγίστης ψήφου.* Alter legitur Hist. Plant. p. 90. *ἀδρύνεται δὲ τοῦ θέρους. μίσχον δ' ἔχει μικρόν. τὸ δὲ ἄνθος ὅμοιον ῥόδου κάλυκι, μεῖζον δὲ καὶ σχεδὸν διπλάσιον τῷ μεγέθει.* quae sunt adeo manifesta, ut alia conquirere testimonia supervacaneum videri possit. SALLIER.

Conf. *Epict.* c. 29. De longitud. hac voce usus *Polyaen.* p. 608. 733. promiscue *Diod.* XVII. p. 559. *ὕψος διπλάσιον Ioseph.* p. 83. G. *Isocr.* p. 248. 636. *Liban.* t. I. p. 28. D. II. 67. D. add. *Ammon.* h. v. WITTER.

2. *Ἐπὶ ἀριθμοῦ.*] Leid. sec. *κατὰ ἀριθμόν*, ut apud *Ammon.* p. 43. OUDEND. [Non improbat hoc *Ritschel.*]

3. *Δισκοβόλος.*] Ea tamen voce utitur *Lucianus* t. II. p. 479. *οὐκ ἐκεῖνον, ἦ δ' ὅς, ἐπεὶ τῶν Μύρωνος ἔργων ἓν καὶ τοῦτό ἐστιν, ὁ δισκοβόλος, ὃν λέγεις.* SALLIER.

Cod. A. *δίσκολος* vitiose admodum, nisi existimare quis posset,

Διφρεία[1] Ἀττικοί, δίφρευσις κοινοί.

Διφρηλάτης, οὐ διφρελάτης.

Διχῇ διελών[2], ἢ δίχα[3].

Διώκω[4] τοὺς πολεμίους, ἢ ἀπελαύνω. διώκω τὸν δεῖνα κλοπῆς, ἤγουν κατηγορῶ[5]. διώκω λόγους, ἤτοι ζητῶ[6]. καὶ διώκω τὸ κινῶ ποιητικῶς. Αἰσχύλος ἐν τῷ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις·

---

scribam in illa oculos coniecisse, quae infra in δυσχρόσοδος leguntur. Stobb.

4. *Δισκευτής.*] Nihilominus haec vox ne cognita quidem est lexicographis. Num inverti debet δισκοβόλος δεῖ λέγειν, ἀλλ' οὐ δισκευτής. Paragraphus haec a Leid. sec. exsulat. Oudend. [De v. δισκευτής vid. *Schaefer.* ad schol. Paris. in Apollon. Rhod. p. 618.]

1. *Διφρεία.*] Vid. *Steph.* p. 158. *Synes.* p. 58. B. *Liban.* t. I. (244) p. 89. D. 348. B. Wittbr. [*Schaefer.* Corrig. et Add. ad Gregor. Cor. p. 927.]

2. *Διχῇ διελών, οὐ δίχα.*] Attamen apud *Aeschylum*, *Euripidem* aliosque bene omnes δίχα semper reperias;· quamobrem aut *Thomam* falli dicendum est, aut hanc illius esse mentem, cum verbo διαιρέω non δίχα, sed διχῇ iungi solere. Equidem cum voce διαίρεσις adverbium διχῇ occurrit apud *Theophr.* Hist. Plant. l, VI. c. 6. διχῇ δὲ ἡ τούτων διαίρεσις ἡ κατὰ τὴν χρείαν. Alia exempla non suppetunt, et ipse *Theophr.* aliis in locis vocem δίχα usurpat. Sall.

Herod. l. IV. p. 298. διχῇ διελόντες. *Thuc.* δίχα l. I. p. 42. B. Wittbr.

Phrynich. A. S. [*Bekk.* Anecdd. p. 36. 23.] Δίχα δύο σημαίνει. τὸ μὲν διχῇ διπλοῦν, οἷς (l. οἷον) εἰς δύο μέρη· τὸ δεύτερον ἀντὶ τοῦ ἄνευ, χωρίς. ubi διχῇ cum διπλοῦν coniungit ipse Atticismi studiosus. Stobb.

3. *Οὐ δίχα.*] Falsissimum hoc. Vide modo *Steph.* thes. Sed MSS. Leidenses rectissime habent ἢ δίχα. Tam turpiter errare non potuit *Thomas*. Quare ἢ restituatur. Oudend. [ἢ δίχα etiam Burm. Ex *Add.*]

4. *Διώκω.*] Non tantum sign. *persequor hostem*, sed etiam apud Atticos, *accuso aliquem crimine*, quo sensu etiam διώκομαι dicitur. *Aristoph.* Equit. p. 808. Διώξομαί σε δειλίας, *timiditatis agam te reum*. Idem eadem fab. p. 340. ubi schol. διώκειν καὶ φεύγειν, inquit, ἔλεγον ἐπὶ τῶν κατηγόρων καὶ τῶν ἀπολογουμένων· ἐδίωκον μὲν γὰρ οἱ κατήγοροι, ἔφευγον δὲ οἱ κατηγορούμενοι et in Acharn. p. 404. etc. Bos.

Demosth. de Coron. p. 473. E. ita διώκω βίον est *instituo vitam*. *Isocrat.* ad Demon. p. 49. et 57. Drakenb.

Pro ἢ ἀπ. codd. A. B. ἤγουν. [Recepit *Ritschel.*]

5. *Ἤγουν κατηγορῶ.*] Codd. A. B. ἤτοι. *Synesius* p. 5. A. ἵνα μὴ ἀλογίας διώκεται. [Burm. quoque ἤτοι, quod recepit *Ritschel.*]

6. *Ἤτοι ζητῶ.*] I. e. cupio, affecto, consector. Sic occurrit διώκειν ἡδονήν, ἀρετήν, εἰρήνην. Male vir doctus coniecit ζηλῶ. Mox *Aeschyli* loco vs. 377. [vs. 353 *Well.*] adde *Theocrit.* Id. Z. vs. 23. ubi ventus dicitur κύματα διώκειν. Vide *Abresch.* Anim. ad

Σπουδῇ διώκων πομπίμους χνόας ποδῶν.

Διώρυξ[1], *διώρυχος, καὶ ἅπασα ἡ κλίσις διὰ τοῦ χ̄, οὐ διὰ τοῦ γ̄*[2]. *Ἀριστείδης ἐν τῷ Αἰγυπτίῳ*[3]· *καὶ διώρυχες εἰς αὐτὰς φέρουσιν. ὡσαύτως*

Aeschyl. p. 80. OUDEND. [Quamquam ea, quae *Valckenaerius* apud *Tittm.* p. 156. sq. ad hunc Thomae locum addidit, minus sunt apta, tamen addam. „Schol. Ar. Vesp. 1198. *Διωκάθω Ἀττικῶς ταὐτὸν τῷ διώκω.* Clem. Alex. p. 169. v. 27. Philemon ap. Athen. 7. p. 288. E. emend. Cas. Plato Euthyphr. p. 15. D. non sustinuisses *ἄνδρα πρεσβύτην πατέρα διωκάθειν φόνου.* Gorgia p. 483. A. *σὺ τὸν νόμον ἐδιώκαθες.* Ista loca Stephanus citat in notis ad Apol. p. 32. A. ubi *ὑπείκοιμι*, ubi tamen legi testatur *ὑπεικάθοιμι*, quod magis Atticum dicit. verba in *άθω* et *έθω* qu. Etymol. p. 8. 17. ad Eurip. Iph. Aul. 911. est Atticum *σχῆμα.* Eiusdem sunt generis *βαρύθω, ἐργάθω, διωκάθω, μενύθω, φθινύθω.* vid. Androm. schol. ad v. 859. *Barnes. μετεκίαθε. εἴργω κοινόν, εἰργάθω ποιητικόν.* Schol. Eurip, Phoen. 1192. *εἰργάθειν* Soph. Electr. 1283. *κατεργάθου* Aesch. Eum. 569. *κιάθω* et *ἀμυνάθω* Duportus ad Theophr. p. 321. Eur. Andr. 721. 1079. Iph. A. 910. et *διωκάθω* H. Steph. de Dial. Att. p. 145. C. *εἰκάθειν* Soph. Oed. T. 659. Oed. C. 1174. 1324. Trach. 1193. Phil. 1346. El. 1020. 398. Ant. 1108. 1114. *παρεικάθειν* Oed. Col. 1330. *ὑπεικάθοιμι* Soph. El. 363. Attica in *άθω* Ruhnken. in Tim. p. 64. collegit."]

(245) 1. *Διώρυξ.*] Observationem *Thomae* firmat *Phrynich.* p. 98. [p. 230. *Lobeck.* quem vide.] et scriptorum Atticorum *Thucyd.* IV. 509. *Arriani*, *Aristid.* Aeg. p. 551. A. 590. D. 591. A. *Liban.* t. II. p. 314. A. aliorumque frequens usus. Sic *κατώρυχι* in *Sophocl.* Antig. v. 785. et *κατώρυχες λίθοι, οὓς Ὅμηρος κατωρυχέας λέγει Poll.* VII. 123. Suem a Laconibus *Βωλώρυχα* dici notat *Hesychius.* In *Strabone* vero, ut XIV. p. 1075. 1076. eadem forma crebro repetita, *Diodoro Siculo*, *Pausania* vix aliter, quam per *γ̄* scriptum invenias. *Ἀπώρυγας* apud *Hesych.* ex Graeco Ezech. interprete. Saepe fit, ut inter se permutentur: in eadem historia *διώρυχα* posuit *Procop.* Pers. II. p. 84. v. 22. *Euagr.* H. E. p. 408. v. 20. *διώρυγα. Τῆς μεγάλης διώρυγος τοῦ Εὐφράτου τῆς μισγούσης τῷ Τίγρητι ποταμῷ, Ioh. Malelas* in Iulian. p. 19. ista utriusque fluvii per ductos alveos perfossionesque commercia *διώρυχας* semper *Arrianus* vocat. Apud *Demosth.* Or. de Halon. p. 74. A. est *διωρυχή*, quam a *διορυγῇ Suidas* distinguit. Vid. praeterea *D. Hoeschel.* ad *Procop.* de Aedif. Iustin. p. 16. v. 26. et *Fr. Ducaeum* ad *S. Paulini* Ep. XI. Pluribus in vocabulis hae literae discrimen Atticae vulgarisque dialecti faciunt. Noster in *Δραχμή, βρέγμα, βρεγμός* et *βρέχμα, βρεχμός. Eustath.* ad Il. E. p. 584. v. 31. *βρυγμὸς* et *βρυχμός* etc. HEMSTERH. [*Valcken* apud Tittmann. p. 157. „*Διώρυχας* Plat. t. III. p. 115. D. p. 117. E. *τὸ τῆς διώρυχος στόμα* p. 118. D. et E." Cf. *Iacobs.* ad Achill. Tat. p. 638.]

2. *Οὐ διὰ τοῦ γ̄.*] *Polyb.* V. 62. *τάς τε διώρυγας ἀναστομοῦν. Pausan.* Lac. c. 1. p. 204. *οὗτος τὸ ὕδωρ τὸ λιμνάζον ἐν τῷ πεδίῳ διώρυγι κατήγαγεν ἐπὶ θάλασσαν. διώρυγος Diod.* l. I. p. 30. A. 48. D. etc. *Ioseph.* p. 864. C. WITTER.

3. *Αἰγυπτίῳ.*] T. II. p. 350. ed. Angl. [vol. II. p. 467. *Dind.*]

καὶ διωρυχή[1], οὐ διωρυγή[2]. ὁ αὐτὸς Ἀριστείδης ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ· καὶ τῆς περὶ τὸν Ἄθω[3] διωρυχῆς. καὶ ἐν τῷ Σμυρναϊκῷ[4] πολιτικός· διωρυχὴ νυμφῶν ἐκ πηγῶν εἰς θάλατταν.

Τὸ Δοκὸς καὶ ἐπὶ θηλυκοῦ[5] καὶ ἐπὶ ἀρσενικοῦ εὕρηται, Λιβάνιος ἐν τῇ εἰς τὸν νεὼν τοῦ Ἀπόλλωνος μονῳδίᾳ· δοκοὶ δὲ ἐφέροντο κάτω φέρουσαι πῦρ. Λουκιανὸς[6] ἐν τοῖς ἀληθινοῖς· μεγάλοις δοκοῖς[7] τὸ στόμα διερείσαντες.

Ὥσπερ λέγομεν Δοκῶ μοι[8], οὕτω καὶ μοὶ δοκοῦμεν ἐπὶ πληθυντικοῦ. Πλάτων ἐν Θεαιτήτῳ[9]:

---

unde hic reponendum διώρυχας. Oudend. [Διώρυχες apud Aristidem pro vulg. διώρυχας restituit *Canterus*.]

Pro αὐτάς codd. A. B. αὐτά. [Etiam Leidd. Burm. αὐτά. *Ex Add.*]

1. Διωρυχή.] Cod. B. hic et in seqq. διορ. [Burm. διορυχή. *Ex Add.* cf. *Lobeck.* ad Phrynich. p. 231.]

2. Οὐ διωρυγή.] Leid. pr. ἡ δ.

3. Περὶ τὸν Ἄθω.] Vulgo ibi t. I. p. 130. [vol. I. p. 212. *Dind.*] editur Ἄθων, sed contra meliores MSS. Amant Attici Ἄθω dicere in quarto casu, non Ἄθων. Vide *Is. Voss.* ad *Melam* l. II. c. 2. (246) in f. et *Wass.* ad *Thucyd.* l. V. c. 3. περιέπλει τὸν Ἄθω: ubi eadem in MSS. vacillatio. Sequens exemplum legas t. I. p. 287. Oudend.

4. Καὶ ἐν τῷ Σμυρν.] P. 94. A. l. 18. ubi διώρυχας. Witt. [vol. I. p. 377. *Dind.*.]

5. Καὶ ἐπὶ θηλυκοῦ καὶ ἐπὶ ἀρσ.] Sic e MSS. Leidd. edi curavi. Vulgo prius καὶ et secundum ἐπὶ exsulat. In Leid. pr. exhibetur ἀρσεν. καὶ ἐπὶ θηλ. *Libanii* verba sunt t. II. p. 287. [vol. III. p. 335. *Reisk.*] Oudend. [Burm. quoque καὶ ἐπὶ θηλ. καὶ ἐπὶ ἀρσ. *Ex Add.*] *Diod.* XV. p. 365. C. πυρίνη δοκίς. Witter.

6. Λουκιαν. T. I. p. 666. *Graev.* ubi τὸ στόμα μεγάλαις δοκοῖς διερ. Witter.

7. Μεγαλοῖς δοκοῖς.] Depravato *Luciani* codice deceptus videtur *Thomas*. In MSS. hodiernis, ut testantur viri docti testes oculati, et edd. legitur μεγάλαις l. II. Verae Hist. c. 1. ut passim. Oudend. [Cum Thoma consentiunt duo libri Parisini et Gorl. apud Lucianum, qui sunt optimi. Restitue igitur hoc Luciano. Cf. *Schaefer.* ad schol. Paris. Apollon. Rhod. II. 1088. p. 206. *Iacobs.* ad Anthol. Palat. p. 327.

8. Δοκῶ μοι.] Vid. *Iens.* L. L. p. 137. Stobb.

Vide exemplorum nubem apud Cel. *Wetstenium* ad Act. Apost. p. 632. t. II. [*Valcken.* apud Tittm. p. 157. „Plat. Theaet. p. 147. E. ἔμοιγε δοκοῦμεν· σκόπει δὲ καὶ σύ. *nobis id quidem videbatur.* ib. p. 203. C. τὰ πάντα ἔμοιγε δοκοῦμεν. Euthyd. p. 279. C. ἀλλά μοι δοκοῦμεν, ἔφη, οὐδέν, ὁ Κλεινίας. Cratylo p. 415. C. δοκοῦμεν δέ μοι καὶ ἄλλα πολλὰ ὑπερβεβηκέναι. l. IV. de Republ. p. 432. E. ὡς δοκοῦμέν μοι. Sic et Xenoph. p. 197, 41.]

9. Ἐν Θεαιτήτῳ.] Desunt haec MS. Oxon. neque etiam

καί μοι δοκοῦμεν τῇ δὲ ἄνπη[1] τάχιστα εὑρεῖν. καὶ Δημοσθένης[2]· ἡμεῖς δὲ οὐκ οἶδ' ὅν τινά μοι δοκοῦμεν τρόπον ἔχειν πρὸς αὐτά.

Ἰστέον[3], ὅτι οἱ ἀκριβολογούμενοι περὶ τὰ τῶν λέξεων σημαινόμενα τὴν Δόξαν[4] ἀπὸ τοῦ

---

illic reperias, sed in *Σοφιστῇ* tom. I. pag. 229. [B.] ed. Serr. OUDEND.]

Idem alibi, ut IV. Legg. p. 603. et eundem in modum ἐμοὶ φαινόμεθα p. 636. B. G. ἐμοὶ δοκοῦμεν quam plurimi. *Aeschin.* p. 81. *Lys.* 96. etc. *Xen.* Hieron. p. 526. bis etc. ABRESCH.

1. Τῇ δὲ ἂν πῇ.] Codd. A. B. τῇ δὲ ἄνπη. Sic etiam Rom. STOBB. [Lege τῇδε ἂν πῃ.]

Lege e *Plat.* ἄνπη. MS. Ox. παντά. *Demosthenis* locus est Olynth. pr. p. 1. [§. 2. Bekk. p. 9, 14. Reisk.] OUDEND.

2. Καὶ Δημοσθ.] Cod. A. add. Ὀλυνθιακῷ πρώτῳ. [Uncis inclusa haec addidit *Ritschel.* — Pro τρόπον ἔχειν apud Demosthenem inverso ordine legitur ἔχειν τρόπον.]

3. Ἰστέον etc.] Totus hic locus ad verbum est desumtus ex *Basilii* t. I. p. 563. ed. Par. OUDEND.

(247) 4. Δόξαν etc.] Commentitium est discrimen illud, quod κλέος inter et δόξα Grammatici constituere solent; sed exempla, quibus haec illorum opinio convelli potest, adeo sunt obvia, ut nobis omittenda videantur. SALLIER.

Haec totidem paene verbis in *Basilii*, seu cuicumque demum auctori opus illud sit tribuendum, Comm. ad Esaiam p. 563. E. leguntur, tamque parum apte cum praecedentibus cohaerent, ut facile suspiceris, lectorem studiosum, qui δόξαν et τιμὴν in prophetae verbis animadvertebat, observatiunculam eam aliunde sumtam in marginem adscripsisse. Praetereo minoris momenti varietates: id notandum, in *Basilio* scribi ἐπὶ τὸν σπουδαῖον; sensus igitur erit, τιμήν, quae a spectatis honestisque viris proficiscitur (hoc enim indicat ἀστεῖα) probis et virtute praeditis hominibus obtingere; nam alia est τιμὴ ὑπὸ πολλῶν τῶν τυχόντων, quae mox memoratur, alia ὑπὸ τῶν ἀξίων λόγου tributa, ut docet *Aristot.* Ἠθ. Εὐδ. III. c. 5. verum *Thomas* utrum τῶν σπουδαίων et τοῖς οὐ πάνυ ἀποδεκτέοις masculino genere, an neutro voluerit intelligi, non plane perspicuum est: hoc verius existimo, ideoque τῶν σπουδαίων *Basilio* reddi malo, quippe sequitur apud eum τοῖς οὐ πάνυ ἀποδεκτῶς γεγενημένοις, quae non nisi neutrum genus admittunt: talique modo τὰ σπουδαῖα *res* erunt *praeclare et laudabiliter gestae*, τὰ οὐ πάνυ ἀποδεκτέα vel τὰ οὐ πάνυ ἀποδεκτῶς γεγενημένα *facta non valde probanda nec verum honorem merita*. Γέρως ουσαν ἀξίωσιν sic Latine vertitur, ut mens interpretis lateat: ἀξίωσις est *adtributio praemii, quod in hominem dignum et bene meritum confertur*, ut ex ipso *Basilio* liquet p. 499. A. ἐπειδὴ γὰρ τιμή ἐστι γέρως ἀπόδοσις, γέρας δέ ἐστιν ἆθλον ἀρετῆς, τοῖς μὲν ἁγίοις καὶ τιμὴ καὶ γέρας ἀπονέμεται etc. cum quibus egregie concinit *Aristot.* Ἠθ. Νικ. IV. p. 66. v. 7. τῆς ἀρετῆς γὰρ ἆθλον ἡ τιμή, καὶ ἀπονέμεται τοῖς ἀγαθοῖς. In distinguendis δόξῃ et κλέει a *Thoma* non discrepat *Ammonius*, apud quem τοῖς πολλοῖς opponuntur οἱ σπου-

κλέος διώρισαν καί φασι τὴν μὲν δόξαν εἶναι τὸν ἀπὸ τῶν πολλῶν ἔπαινον, τὸ δὲ κλέος τὸν ἀπὸ τῶν ἀγαθῶν. ὁμοίως καὶ τὴν τιμὴν διαιροῦσι[1], φάσκοντες, τὴν μὲν ἀστείαν τινὰ εἶναι καὶ ἐπὶ τῶν σπουδαίων πίπτειν, γέρως οὖσαν[2] ἀξίωσιν· τὸ δὲ γέρας ἆθλον ἀρετῆς τίθενται. τὴν δέ τινα[3] παρὰ τῶν τυχόντων ἐπὶ τοῖς οὐ πάνυ[4] ἀποδεκτέοις γινομένην ἀντίδοσιν.

Δουλεία οὐ μόνον αὐτὸ τὸ δουλεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἄθροισμα τῶν δούλων, ὡς Θουκυδίδης[5]· ἢν δὲ ἡ δουλεία ἐπανιστῶνται[6].

Δοῦλοι[7] οἱ ταῖς ἡδοναῖς κάτοχοι καὶ οἱ ὑποτασσόμενοι[8] βασιλεῦσιν· οἰκέται δὲ δεσποτῶν.

δαῖοι. Haec autem quatuor, de quibus *Thomas* agit, vocabula *Iosephus* usurpavit in eodem argumento A. I. V. c. 10. §. 2 ὁ δὲ (Davides) καὶ γέρως οὕτω λαμπροῦ προτεθέντος (nuptiis Michalae Sauli filiae) καὶ βουλόμενος ἐπ' ἔργῳ παραβόλῳ καὶ ἀπίστῳ λαβεῖν κλέος. pauloque post se Davides esse dicit ταπεινὸν καὶ δόξης καὶ τιμῆς ἄμοιρον. HEMSTERH.

Cod. A. κλέους. [Recepit *Ritschel.*] Cod. B. sic: Δόξα διώρισται παρὰ τοῖς ἀκριβ. κ. τ. λ. [Codici Reg. sec. consonat Burm. *Ex Add.*]

1. Διαιροῦσι.] Forsan excidit τοῦ γέρως. [Addidit *Ritschel.*] (248) Dein ἐπὶ τὸν σπουδαῖον malim cum *Basilio*, item γήρως, *Senectutis* cum *Phavorino*: sed γέρως tamen in *Basilio*. OUDEND. [Γήρως iure restituit *Ritschel.*]

2. Γέρως οὖσαν.] Sic Cod. A. γήρως *Phavor.* STOEB.

3. Τὴν δέ τινα.] Del. τινα in cod. A.

4. Τοῖς οὐ π. etc.] *Basil.* p. 964. habet τὴν δέ τινα τιμὴν (e glossa) π. τ. τ. τ. οὐ π. ἀποδεκτῶς γεγενημένοις ἀντ. *Phavor.* ἐπὶ τοῖς etc. bene, et clarius: *Ob res non omnino probandas.* Sed de differentia vocum δόξης καὶ κλέους etc. adi *Ammon.* p. 45. *Suidam* in v. δόξα. *Etym.* M. in κλέος. OUDEND. [Burm. περὶ τῶν τυχ. τοῖς. *Ex Add.* — Omisit ἐπὶ *Ritschel.*]

5. Ὡς Θουκυδ.] Lib. V. p. 359. B. ubi ἐπανίστηται, pro quo scribae oscitantia ἐπανιστῶνται locum occupavit, quod sequitur in codd. A. et B. Etenim post vocem ἐπανιστῆται sic pergunt: ἤγουν ἐὰν οἱ δοῦλοι ἐπανιστῶνται. *Pollux.* III. 75. STOEB.

6. Ἐπανιστῶνται.] Leid. pr. et vulgata *Thucydidis* lectio l. V. c. 23. ἐπανίστηται. Pluralis numerus tamen videtur elegantior per synthesin: unde MS. Oxon. pro scholio, quale ibidem in *Thucyd.* addit ἤγουν ἐὰν οἱ δοῦλοι ἐπανιστῶνται. OUDEND. [Burm. ἐπανίστηται (non ἐπανιστῆται, quod colligas ex Ritschelii nota), ἤγουν ἐὰν οἱ δοῦλοι ἐπιστῶνται. *Ex Add.* Recte recepit *Ritschel.* Ante *Bekkerum* apud Thucydidem male ἐπανίστηται pro ἐπανιστῆται.]

7. Δοῦλοι.] Ita quoque *Ammonius*: δοῦλοι καὶ οἰκέται διαφέ-

Δουλοῦμαι[1] τὸν δεῖνα Ἀττικοί, οὐ δουλῶ[2]. Δημοσθένης· δουλοῦται τὰς πόλεις[3].

ρουσιν· inquit, δοῦλοι μὲν γάρ εἰσιν καὶ οἱ τῶν ἡδονῶν καὶ πάντες οἱ ὑποτεταγμένοι ὑπὸ βασιλέα. οἰκέται δὲ δεσποτῶν. Utrique praeiverat Chrysippus, ut ex his *Athenaei* colligas l. VI. p. 267. B. Διαφέρειν δέ φησι Χρύσιππος δοῦλον οἰκέτου, γράφων ἐν δευτέρῳ περὶ ὁμονοίας, διὰ τὸ τοὺς ἀπελευθέρους μὲν δούλους ἔτι εἶναι, οἰκέτας δὲ τοὺς μὴ τῆς κτήσεως ἀφειμένους. ὁ γὰρ οἰκέτης, φησί, δοῦλός ἐστι κτήσει κατατεταγμένος. quae omnia sic intelligi debent, vocem οἰκέτης tunc non esse usurpandam, cum de illis sermo est, vel qui sunt voluptati dediti nimium, vel regum imperio obnoxii. SALLIER.

(249) Utuntur hoc *Thomae* loco *Pric.* in *Pauli* Ep. ad Tit. III. 3 et *Kuhn.* ad *Aelian.* V. H. II. 14. n. 5. HEMSTERH.

Vide *Ammon.* p. 45. οἱ ὑποτασσόμενοι edi iussi e Leidd. MSS. vulgo abest οἱ. Pro οἰκέταις ponitur in *Luciani* Asino t. II. p. 573. ed. ult. OUDEND.

8. *Καὶ ὑποτασσόμενοι.*] Codd. A. B. καὶ οἱ ὑποτ. Conf. *Borremansius* Var. Lect. c. XV. p. 180. [οἱ ὑποτασσ. etiam Burm. *Ex Add.*]

1. *Δουλοῦμαι.*] Recte monuit de hoc loco magnus *Wesselingius* ad *Diod.* Sic. IV. p. 255. v. 29. [vol. IV. p. 319. ed. *Dind.*] et scriptoris sui mentem explanavit. Crebro tamen in isto verbo vis activi mediique servatur, ut illud *alteri*, hoc *sibi subiicere et in servitutem redigere* notet. *Clem. Al.* Paed. II. p. 171. v. 9. τὰς ὄψεις τοῖς προσοψήμασι δεδουλωκέναι. vix ibi scriptor styli diligens posuisset δεδουλῶσθαι. contra in *Eudoxi* verbis apud *Stephan.* in Πλαταιαί, τρόπαια . . . τῶν τὴν Ἑλληνίδα γῆν ἐλευθερωσάντων καὶ τὸ βασίλειον στράτευμα δουλωσάντων, neminem offendet δουλωσαμένων, licet nonnihil variata potestate. *Arist. Quintil.* de Mus. p. 68. v. 17. ἡ μουσικὴ καὶ λόγῳ καὶ μέλει τὸν ἀκροατὴν δουλουμένη. minus aptum foret δουλοῦσα. Huius proprietatis ignorantia fuit in causa, ut *Olearius Philostrati* locum longe secus, atque oportebat, caperet V. A. I. VII. 303. vs. 28. quem adiecta solum litera sanatum proponam: καὶ τοὺς ἄρχοντας, οἱ ἐς τὰ ἔθνη φοιτῶσι, μόνον οὐκ ἐπὶ κόῤῥης παίειν δουλουμένους τοῖς χρήμασιν ἢ ὑπερορῶντας αὐτῶν διὰ τὴν ἰσχὺν τοῦ πλούτου. initium novi circuitus a proximis separandum, cuius structura minus orationis ordini, egregie sententiae respondet, qualis in infinitivis non est insolens: sensus erit, homines istos supra modum et reliquos omnes divitiis praepollentes, tantum non provinciarum praesidibus ac praefectis insultare, dum eos muneribus sibi penitus obnoxios reddunt, aut ob opum potentiam despiciunt. Quod autem paulo ante praecedit, μεμαντευμέναι δ' ἤδη καθ' ἡμῶν αἰτίαι, si tueri studeas, omnino aliter erit explanandum, atque ab *Oleario* factum: sed multo malim, μεμαστευμέναι. *conquisitae iam sunt adversum nos et conflatae criminationes.* Porro quod in δουλοῦν et δουλοῦσθαι, idem obtinet in καταδουλοῦν et καταδουλοῦσθαι. repugnare videtur *Lucian.* in Soloec. t. III. p. 583. [cap. 12.] sed ibi fere persuasum habeo, legendum esse, Ὅτι τὸ μὲν ἑτέρῳ τὸ καταδουλοῦν, τὸ δ' (scilicet καταδουλοῦσθαι) ἑαυτῷ γίγνεται. Levis corruptela in *Aristoxeni* verbis apud *Athen.* XII. p. 545. C. virum summum *li.*

Μὴ εἴπῃς[1] σπιθαμή, ἀλλὰ Δοχμή[2], ὡς οἱ ἀρχαῖοι.

Δραχμή, οὐ δραγμή[3].

Δρεπάνη, οὐ δρέπανον[4].

Casaubonum, quod miror, habuit exercitum: scribe vero, τὸ δὲ ἀντιτείνειν καὶ καταδουλοῦσθαι τὰς ἐπιθυμίας, *frangere et coërcere cupiditates*, sententia constabit omnis expers difficultatis. Non multum dissidet scitissima phrasis *Hippocr.* περὶ Ἀγμ. p. 762. H. ἀνάγκη καταδουλοῦται τὴν γνώμην. Καταδουλοῦσθαι τὰς πόλεις ἐπιόντα *Demosth.* IV. in Phil. p. 88. F. habet. Hemsterh. (250)

Adiuvandus fuerit explic. alioqui ab errore liberari ut possit, vereor. Abresch.

2. Οὐ δουλῶ.] Quam recte, argumento sunt haec *Aeschyli* Sept. ad Th. v. 239.

Αὐτὴ σὺ δουλοῖς καί με καὶ πᾶσαν πόλιν.

Neque ea loquendi ratione uti dubitavit *Euripides* Herac. v. 817.

Ἐλθεῖν ἐτόλμησ' ἐγγὺς ἀλκίμου δορός,
Ἀλλ' ἦν κάκιστος· εἶτα τοιοῦτος γεγὼς
Τοὺς Ἡρακλείους ἦλθε δουλώσων γόνους.

Sallier.

3. Δουλοῦται τὰς πόλεις.] Sic et *Phavor.* ubi prave δηλ. In *Philipp.* III. p. 88. in f. [p. 116. 20. R. §. 22. extr. Bekk.] καταδουλοῦσθαι τὰς π. Oudend. [Cf. *Schaefer.* Apparat. ad Demosthen. t. II. p. 111. *Elmsl.* ad Eur. Heracl. l. l. p. 130. ed. Lips.]

1. Μὴ εἴπῃς.] Cod. B. εἴποις.

2. Δόχμη.] Rescribi mandavi δοχμή, ut praecipiunt omnes grammatici et lexicographi veteres. Paullo ante ἔπῃς Leid. pr. Oud. [δόχμη *Ritschel.* cf. Phot. p. 531, 5. *Pors.* Moer. p. 131. ibique *Pierson.*]

3. Οὐ δραγμή.] Utitur *Ioseph.* p. 622. C. 644. D. et *Hesych.* voc. παχείῃ. Witter.

4. Δρεπάνη, οὐ δρέπανον.] Quae si vera sunt, *Euripidem* et *Theophrastum* minus Attice locutos esse, dicendum erit, uterque enim ea voce utitur: prior Cycl. v. 393.

Καὶ χάλκεον λέβητ' ἐπέζεσεν πυρὶ
Ὀβέλους τ' ἄκρους μὲν ἐγκεκαυμένους πυρὶ
Ξεστοὺς δρεπάνῳ οὔ γ', ἀλλὰ παλιούρου κλάδῳ.

Alter vero Char. c. 4. καὶ εἴ τῳ ἄροτρον ἔχρησεν ἢ κόφινον ἢ δρέπανον ἢ θύλακον. Quae cum ita sint, δρέπανον non minus Atticum videri debet, quam δρεπάνη. Sallier.

Δρεπάνη *Aristid.* p. 102. A. l. 13. *Diod.* p. 295. A. δρέπανον *Xenoph.* Κυρ. VI. p. 121. 127. 129. etc. *Polyaen.* I. 18. 28. p. 57. *Liban.* t. I. p. 20. A. Witter.

Vid. *Steph.* de Dial. p. 157. Stoeb.

Falsissimum id esse, liquet ex omnibus scriptoribus Atticis. Nihilominus *Moeris* [p. 128.] quoque δρεπάνη Ἀττικῶς, δρέπανον Ἑλληνικῶς. Absque illo esset, fere accederem Cl. *Dukero* ad *Thucyd.* l. VI. c. 4. suspicanti, a *Thoma* relictum esse, δρέπανον, οὐ δρεπάνη: quod ultimum potius esse poëticum, quam Atticum, censet vir doctissimus. Usus tamen est τῇ δρεπάνῃ *Longus* in Pastoral. p. 11. init. Oudend. (251)

Δρόμος καὶ ἐπὶ τοῦ τρέχοντος· καὶ ἐπὶ τοῦ προκειμένου[1] τόπου τῷ βουλομένῳ τρέχειν.

Δρῦν[2] κοινότερον πᾶν ἐκάλουν δένδρον οἱ παλαιοί. οὕτω καὶ ἀκρόδρυα πᾶσαν ὀπώραν. καὶ δρυφάκτους, τοὺς ἐκ δρυΐνων[3], ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐξ ὅτου δήποτε[4] οὖν ξύλου. καὶ δρυπετεῖς ἐλάας[5] ὁμοίως.

---

1. *Προκειμ.*] *Phav.* ὑποκειμ. τόπου τοῖς τρέχουσι. WITTER. [De hoc Magistri loco *Bastius* in Add. et Corr. ad Gregor. Cor. p. 870. haec: „Si Magister vera dixit, Graecique scriptores hanc vocem ἐπὶ τοῦ τρέχοντος usurparunt, analogia, opinor, poscit, ut hoc sensu δρομὸς scribatur. Sic τροχὸς ὁ τρέχων, τρόχος ὁ τρεχόμενος· τομὸς ὁ τέμνων, τόμος ὁ τεμνόμενος· φορὸς ὁ φέρων, φόρος ὁ φερόμενος. V. Reiz. de prosod. gr. accent. inclin. p. 118. sq. Thomae hunc locum exscripsit Phavorinus, habens ille ἐπὶ τῶν ἀρχόντων pro ἐπὶ τοῦ τρέχοντος, quod scripturae vitium debetur errori perperam legentis voces genuinas." Sed rectius Thomae verba intellexit, ut bene monet *Ritschel.*, Exc. Guelf. auctor apud eundem: Δρόμος καὶ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα καὶ ὁ τόπος ἐν ᾧ ἔτρεχον.]

2. *Δρῦν.*] Conf. *Moschop.* ex quo noster emendandus: Δρῦν, inquit, κοινότερον πᾶν ἐκάλουν δένδρον οἱ παλαιοί. Οὕτω καὶ ἀκρόδρυα πᾶσαν τὴν [τὴν addit etiam Herodianus p. 464. *Piers.*] ὀπώραν. καὶ δρυφάκτους οὐ μόνον (sic etiam cod. A.) τοὺς ἐκ δρυΐνων, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐξ ὁδηποτοῦν ξύλον. (l. ξύλου. Cod. A. ἐξότου δηποτοῦν. Cod. B. ἐξονηποτοῦν) καὶ δρυπετεῖς ἐλάας ὁμοίως. STOEB.

3. *Καὶ δρυφάκτους, τοὺς ἐκ δρυΐνων.*] *Ioseph.* p. 460. D. Onomast. *Calep.* p. 131. Roboraria, δρύφακτα. Ἀκρόδρυα de omni fructu dici, affirmat *Petav.* ad *Synes.* p. 28. WITTER.

Οὐ μόνον scilicet, quas voces addit *Moschop.* sed citra necessitatem. OUDEND. [Voces οὐ μόνον addidit *Ritschel.* Habet eas etiam *Herodianus* l. supra l.]

[4. *Ἐξ ὅτου δήποτε.*] Leid. pr. ἔξο. Burm. ἐξ οἷον. In MS. Reg. Herodiani [p. 464. *Piers.*] καὶ τοὺς ἐξ ὅτου δηποτοῦν ξύλον. καὶ δρυπετεῖς ἐλάας ὅμοιον. *Ex Add.* — *Ritschel.* ἐξ ὁτουδηποτοῦν.]

5. *Δρυπετεῖς ἐλάας.*] Adi Comm. ad *Poll.* l. VI. §. 45. et *Suidam*, ex quibus patet, vocem δρυπετὴς confusam aliquoties esse cum δρυπέτης, unde δρύπτα. Sic apud *Aelianum* l. XVI. Anim. c. 18. χαίρειν δὲ καὶ τῷ φοίνικι τῷ δρυπετεῖ, in MS. *Augustano* exaratum est δρυπέπτει. *Phavorinus* distinguit καρποὺς δρυπεπεῖς *maturos*, et δρυπετεῖς *caducos*, sed *acerbos*. In *Moeride* quoque rescribendum δρυπέπης. Ceterum hac occasione tecum, lector, communicare mihi lubet ineditum hucusque epigramma, quia eius memoria exciderat *L. Kustero* ad *Suidam* in vocibus Δρύππα, Θωμός, ἴπνος, σῦκον; quibus illius hic illic corrupti partes citat lexicographus hinc emendandus.

Φαινίου

Φάρσος σοι γεραροῦ τόδε βότρυος, εἰνόδι' Ἑρμᾶ,

Δρῶ σε τόδε Ἀττικοί, οὐ δρῶ σοι[1]. Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ[2]· ὁ Ζεύς με ταῦτ' ἔδρασεν ἀνθρώποις φθονῶν. οὕτω καὶ ἐργάζομαί σε[3] τόδε καὶ ποιῶ σε τόδε.

Δύναμαι, δύνασαι· δύνῃ δὲ οὐδεὶς[4] τῶν δοκίμων εἶπεν, εἰ καὶ Συνέσιος[5] ἐν ἐπιστολῇ· σὺ μὲν οὖν[6] καὶ δύνῃ καὶ δύναιο. ἐὰν δύνῃ δέ[7]. Πλάτων[8]

Καὶ τρύφος ἰπνεύτα πιαλέον φθοῖος
Πάρκειται, σῦκόν τε μελαντραγές, ἅτ' ἐφιουλκίς
Δρύππα, καὶ τυροῦ δρύψεα κυκλιάδων,
Ἀκτά τε Κρηταιΐς, εὔτριβέοστε ῥοείπα
Θωμὸς καὶ Βάκχου πῶμ' ἐπιδορπίδιον.
Τοῖσιν ἅδοι καὶ Κύπρις, ἐμὰ θεός. ὔμμι δὲ ῥέξειν
Φημὶ παρὰ κροκάλαις αἰγιπόδαν χίμαρον. (252)

Oudend. [cf. *Pierson.* ad Moer. p. 121.]

1. *Οὐ δρῶ σοι.*] Atticos sequens *Aelianus* iunxit quoque duobus accusativis l. II. V. H. c. 16. VIII. 16. et alibi. Verum in l. I. de Anim. c. 32. circumfertur εἶτα μέντοι καὶ ἐς τὴν γαστέρα εἰσδῦσα αὐτῷ τὰ αὐτὰ δρᾷ. et c. 58. Οἱ δὲ τὴν χελιδόνα αἰδοῖ τῆς μουσικῆς οὐκ ἀποκτείνουσι καίτοι ῥαδίως ἂν αὐτῇ τοῦτο δράσαντες. Priori exemplo potest referri ad γαστέρα εἰσδῦσα pro αὐτοῦ, sed altero certe restitui decet αὐτήν. Idem. [Utramque dicendi rationem inveniri certum est, sed discrimen esse contendit *Dorvill.* ad Chariton. p. 316. „differre credo πρᾶξαι ἀγαθὸν τὴν πόλιν et πρ. ἀγ. τῇ πόλει: hoc significat *urbi aliquod bonum conciliare, comparare;* illud *urbem aliquo bono afficere.*" Atque hoc discrimen probavit *Bernhardy* synt. p. 123. Locis ab aliis iam laudatis add. Aeschin. adv. Ctesiph. p. 86. *Steph.* §. 229. *Bekk.* ἀνδρὸς στρατηγοῦ μεγάλα τῇ πόλει κατειργασμένου. ita plurimi codices. Plutarch. Aristid. c. 7. μή τι κακὸν αὐτῷ Ἀριστείδης πεποίηκεν. ubi *Coraës* et *Schaef.* receperunt αὐτόν. Demosth. Leptin. p. 460, 25. τὰ δίκαια ποιῆσαι τοῖς εὐεργέταις. al. cf. *Matth.* Gramm. §. 415. adn. 1. p. 761.]

2. *Ἀριστ. ἐν Πλ.*] Vs. 87.

3. *Οὕτω καὶ ἐργάζομαί σε.*] Exemplum est apud *Thucyd.* l. I. p. 91. B. Θεμιστοκλῆς ἥκω παρὰ σέ, ὃς κακὰ μὲν πλεῖστα Ἑλλήνων εἴργασμαι τὸν ὑμέτερον οἶκον. et paucis interiectis p. ead. C. καὶ νῦν ἔχων σε μεγάλα ἀγαθὰ δρᾶσαι πάρειμι κ. τ. λ. Stoeb.

4. *Δύνῃ δὲ οὐδείς.*] Nimirum in indicativo modo. Vid. Hort. *Adon.* p. 210. A. Exempla praebent *Laërt.* p. 158. E. *Isocr.* p. 20. 36. Witteb.

5. *Εἰ καὶ Συνέσ.*] Pag. 228. D. Idem.

6. *Σὺ μὲν οὖν.*] Additur vulgo apud *Synes.* ep. 80. ἀεί. Oud.

7. *Ἐὰν δύνῃ δέ. Πλ.*] Sic distinguere malim. Vult auctor, rectum esse δύνῃ, si ponatur in secunda persona subiunctivi modi, praebens exemplum ex *Platonis* Phaedone init. p. 58. D. ed. Serr. non vero valere censet in indicativi modi praesenti tempore. Patet illud ex *Phrynichi* p. 159. ubi *Pauwius* quoque coniiciebat ὡς ἂν δ. δὲ Πλ. Pro διελθεῖν cod. Oxon. διαλεῖν. Idem. [cf. *Lobeck.* ad Phrynich. p. 359. sq. *Hermann.* ad Eurip. Hec. v. 251. p. 38. ed. nov. *Buttmann.* Gramm. max. vol. II. p. 426.]

ἐν Φαίδωνι· ἀλλὰ πειρῶ ὡς ἂν δύνῃ ἀκριβέστατα διελθεῖν πάντα.

Δυνάστης καὶ ὁ τύραννος καὶ ὁ βασιλεύς. ὡσαύτως καὶ δυναστεία [1] οὐ μόνον ἡ τυραννίς [2], ἀλλὰ καὶ ἡ βασιλεία. Αἰσχίνης· ἐξήλασε Παυσανίαν ἐκ Μακεδονίας καὶ τὴν δυναστείαν ἡμῖν ἔσωσε [3]. τὰ αὐτὰ [4] δὲ καὶ περὶ τοῦ δυναστεύω [5] γίνωσκε. παραδυναστεύω δὲ τὸ τοῖς δυνάσταις [6] παρεδρεύω, ὅπερ καὶ δυναστεύω παρὰ τῷ δεῖνι [7] γράφεται. Συνέσιος ἐν ἐπιστολῇ [8] τῇ, τῆτες ἐξήνεγκα δύο βιβλία [9]· πρὸς ἄνδρα παρὰ βασιλεῖ δυναστεύοντα [10]. εὕρηται δὲ τὸ δυνάστης καὶ δυναστεία καὶ ἐπὶ τοῦ ἁπλῶς βιαίου.

Δυοῖν, οὐ δυσίν [11]. ὅσα γὰρ μὴ συνεμφαίνει γένος, οὐδὲ πτῶσιν [12] δέχεται. ὥσπερ τὸ οἱ τρεῖς [13], τῶν τριῶν, τοῖς τρισὶν ἔχει τὴν κλίσιν· παράκειται

---

8. *Πλάτων.*] Sub ipsum dialogi princ. p. 375. D. Abresch.

1. *Ὡσαύτως καὶ δυν.*] Cod. B. *καὶ ἡ δυν.*

2. *Τυραννίς.*] Cod. A. *τυρανίς.*

(253) 3. *Ἡμῖν.*] Rectius *ὑμῖν* apud *Aeschin.* de falsa legat. p. 400. A. [p. 213. *Reisk.* §. 29. *Bekk.*] Mox *αὐτὰ* edidi ex Leid. pr. pro *τοιαῦτα.* Oudend.

Cod. B. *ὑμὶν.* [Recepit *ὑμῖν* *Ritschel.*]

4. *Τὰ τοιαῦτα.*] Codd. A. B. *τὰ αὐτά.* [Etiam Burm. *τὰ αὐτά.* *Ex Add.*]

5. *Περὶ τοῦ δυν.*] Cod. A. *ἐπί.*

6. *Τὸ τοῖς δυνασταῖς.*] Codd. *δυνάσταις.*

7. *Παρὰ τῷ δεῖνι.*] *Thucyd.* l. II. p. 62. Drakenb.

Cod. A. *παρά τινι.*

8. *Συνεσ. ἐν ἐπιστ.*] Pag. 293. B. ubi *παραδυναστ.* Witter.

9. *Τῇ τῆτ. ἐξήν. δύο βιβλ.*] Absunt a cod. A.

10. *Παρὰ βασιλεῖ δυναστεύοντα.*] Vulgo tamen contra *Thomae* mentem in *Synesii* epist. 153. p. 293. editur *π. β. παραδυναστεύοντα.* Oudend.

[11. *Δυοῖν, οὐ δυσίν.*] *Valcken.* apud Tittm. p. 157. haec: „Eust. Il. *K.* p. 721. l. 6. et 15. et de *δυεῖν* et *δύο* vel *δύω.* Aesch. *Προ.* 777. ap. Athen. 7. p. 290. b. c. p. 307. b. 8. p. 341. b. *δυεῖν* Clem. Al. p. 163. 10. 304. 34. MSS. *δυοῖν.* p. 487. 26. 543. 4. Lennep. ad Phalar. p. 42. D'Orvill. in Char. p. 536. Wessel. Diod. Sic. I. 33. f. Duker. ad Thuc. p. 242, 29. ad p. 252, 90. Wasse in praefat. et p. 266, 55. Thuc. 570, 51. *MSS.* Andoc. p. 8, 28. *δύο* alter nunquam *δύω* Dawes. Miscell. p. 347. ad Ar. *Ἱπ.* 133. ea. Semel Virg. *Si duŏ.* Macrob. 678." Cf. *Matth.* gr. Gr. p. 262.]

12. *Οὐ δὲ πτῶσιν.*] Scr. *οὐδέ.* Stobb.

13. *Ὥσπερ οἱ τρεῖς* etc. *ἔχει.*] Excudi curavi vocula auctius *τὸ οἱ τρεῖς* etc. *ἔχει*, auctoribus MSS. de re ipsa vide ad *Phrynichum* p. 88. [p. 210. *Lob.*] et *Phavorinum.* Oudend.

γὰρ αὐτοῖς οὐδέτερον τὰ τρία· ὁμοίως καὶ τῷ τέσσαρες[1] τὰ τέσσαρα. καὶ ταῦτα μὲν Φρύνιχος[2] ἀπαγορεύων καθάπαξ τὸ δυσίν[3]· εὕρηται μέντοι καὶ τοῦτο[4] παρὰ τοῖς ῥήτορσι. Θουκυδίδης· ἐπισιτισάμεναι[5] δυσὶν ἡμέραις. καὶ Ἀριστείδης ἐν τῷ περὶ[6] ῥητορικῆς πρώτῳ· ἀλλ' ἀπέδωκε[7] δυσὶ[3] καὶ τρισὶν ἀντειπεῖν. κρεῖττο[illegible] μέντοι δυοῖν[9]. γίνωσκε δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι τὸ δύο οὐ μόνον ἐπὶ εὐθείας καὶ αἰτιατικῆς, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ γενικῆς[10] καὶ δοτικῆς τίθεται. Θουκυδίδης· διελθόντων δύο ἐτῶν. καὶ Λιβάνιος· δύο λιμέσι τοὺς εἰς αὐτὸ[11] καταφεύγοντας ἐδέξατο.

Δυοκαίδεκα λέγε. τὸ δὲ δυώδεκα ποιητικώτερον[12].

Δυσπρόσοδος ἀγρός, ὅθεν δυσκόλως προσόδους ἤτοι κέρδη οἱ δεσπόται ἀποφέρονται[13]. καὶ

Cod. A. τὸ οἱ τρ. [Sic etiam Burm. *Ex Add.*]

1. *Καὶ τῷ τεσσ.*] Cod. A. τό.

2. *Φρύνιχος.*] Voc. *Δυσὶ μὴ λέγε κ. τ. λ.*

3. *Καθάπαξ. τὸ δυσίν,*] Ita interpunge: *καθάπαξ τὸ δυσίν· εὑρ.* Stobb.

4. *Καὶ τοῦτο.*] Pro *καὶ* cod. A.

5. *Θουκυδίδης· ἐπισιτισάμενοι.*] Lib. VIII. p. 616. D. ubi *ἐπισιτισάμεναι.* Witter.

κης καὶ χωρὶς προσθήκης λέγεται, οἷον ἐπινίκιος λόγος καὶ ἁπλῶς ἐπινίκιος· τὸ δὲ ἐπίνικος οὐδέποτε μετὰ προσθήκης. Ἀριστείδης ἐν τῷ περὶ τοῦ παραφθέγματος· ὥσπερ αὐτῷ τὸν ἐπίνικον ποιῶν[1]. Λιβάνιος ἐν τῷ[2] εἰς τὸν Ἰουλιανὸν ἐπιταφίῳ· καθήμενον ἐπὶ τοῦ βασιλείου θρόνου δέχεσθαι τοὺς ἐπινίκους.

Ἔπιον[3] οἴνου καὶ ἔφαγον σίτου Ἀττικοί, οὐκ οἶνον, οὐδὲ σῖτον.

Sed *Thomas* hic a sciolis turpiter est interpolatus: nam pro οὐ μόνον etc. praebent MSS. Leidd. peius ἐπίνικος Ἀττικοί, ἐπινίκιος (351) Ἕλληνες. Tum ponuntur *Aristidis* et *Libanii* exempla, ac pro ἰστέον δὲ ὅτι sequuntur in iisdem MSS. τίθεται δὲ τὸ μὲν ἐπινίκιος καὶ μετὰ προσθήκης καὶ χωρὶς προσθήκης. (haec absunt quoque a Leid. sec.) οἷον ἐπινίκιος λόγος καὶ ἐπινίκιος μόνον. τὸ δὲ ἐπίνικος etc. Quid ex hac confusione secernant et seligant et pro veris *Thomae* verbis recipiant, eruditi viderint. In corruptos codices incidisse et hinc differentiam statuisse in ἐπινίκιος tanquam adiective et substantive positum et in ἐπίνικος substantive modo sumtum statuisse; vel τὸ μὲν ἐπινίκιος masculine, et τὸ δὲ ἐπινίκιον neutro genere distinxisse videtur *Thomas*. Certe τὸ ἐπινίκιον, sive τὰ ἐπινίκια οὐδέποτε μετὰ προσθήκης ponuntur. Sed ἐπέχω. Oudend. [Burm. habet ut Leidd. *Ex Add.* — Secutus est hos libros *Ritschel.*]

1. Αὐτῷ τὸν ἐπίν. ποιῶν.] Sic in *Aristid.* t. II. p. 373. ed. Angl. [vol. II. p. 502. *Dind.*] ut fidenter rescripsi pro αὐτός, quia in Leid. pr. inveni ἐν τῷ αὐτῷ, nisi malis ἑαυτῷ. Dein ἐπινίκιον ipsum *Thomam* hic in mente habuisse et hoc exemplo probare voluisse ἐπινίκιον ἁπλῶς dici, subintellecto nempe λόγῳ, existimem, sicut in *Aristide* [ante *Dindorfium.*] legitur. Alioquin nullum τοῦ ἐπινικίου exemplum protulisset. Idem.

MS. B. αὐτῷ. Post locum *Libanii* sic pergit: τίθεται δὲ τὸ μὲν ἐπινίκιος καὶ μετὰ προσθηκῆς καὶ χωρὶς προσθηκῆς, οἷον ἐπινίκιος λόγος καὶ ἐπινίκιος μόνον· τὸ δὲ ἐπίνικος οὐδέποτε μετὰ προσθηκῆς. [Burm. αὐτῷ. *Ex Add.* — *Ritschel* ita: ὥσπερ [αὐτὸς αὐτῷ cet.]

2. Ἐν τῷ etc. ἐπιταφίῳ.] Sub initium t. II. p. 260. [vol. I. p. 522. *Reisk.*] ubi rectissime quoque τοὺς ἐπινικίους editur, sc. λόγους. MS. Oxon. ἐπινείκους. Oudend. [Burm. ἐπινικίους. Bene. *Ex Add.* — Contra *Oudendorpium* defendit ἐπινίκους *Schaefer.* ad Gregor. Corinth. p. 539. Vid. de v. ἐπίνικος *Boeckh.* ad schol. Pindar. p. 460.]

3. Ἔπιον.] Vid. schol. *Lucian.* ad part. I. 1. p. 14. 32. 35. ἐσθίειν cum quarto casu adhibuit *Aelian.* V. H. lib. I. c. 1. et lib. XII. c. 37. Drakenb.

Dicit *Thomas* duo illa verba cum genitivo construi solere: aliud suadent haec *Machonis* Excerpt. p. 857.

Πεπότικε μὲν γὰρ ὥσπερ ἰατρός μ' ἔφη
Ἃ δεῖ φαγεῖν δὲ σιτί' οὐκ ἔδωκέ μοι.

Sallier.

Τῇ Ἐπιούσῃ[1] ἐρεῖς, οὐ προσθεὶς τὸ ἡμέρᾳ· τῆς ἐπιούσης δὲ ἡμέρας.

Schol. *Luc.* Tim. t. I. p. 161. κατέαγα κρανίον] καὶ τοῦτο Ἀττικόν· αὐτοὶ γὰρ ἀεὶ ἐπὶ μέρους εἰώθασι λέγειν ἔφαγον τοῦ ἄρτου, ἔπιον τοῦ οἴνου. οὕτως οὖν κ. τ. λ. Conf. nostr. infr. in καταγῆναι. Stobb. (352)

V. *Moerida* in utraque voce [p. 165.]. Infra in πίνει. Oudend. [*Valcken.* ap. *Tittm.* laudat *Berkelium* ad Liberalem p. 313.]

1. Τῇ Ἐπιούσῃ.] Utriusque locutionis exemplum est apud *Herodianum* lib. II. cap. 14. §. 5. τῇ δ' ἐπιούσῃ κατελθών. et lib. I. cap. 16. §. 1. τῆς ἐπιούσης ἔμελλεν ἡμέρας. Torren. Frequentius quidem per elegantiorem ellipsin, cuivis notissimam hic omittitur vox ἡμέρα, prout multis exemplis id dudum ostendit V. C. *Lamb. Bos* de Ellipsi Graec. p. 81. Interim tamen saepissime quoque pro arbitrio adiicitur eadem illa vox alias subaudita. Sic apud *Hippocratem* libb. de Morbis Epidem. et alibi frequentissime legitur τῇ ἐπιούσῃ et. τὴν ἐπιοῦσαν sine adiecto ἡμέρᾳ et ἡμέραν; aliquoties tamen ibidem etiam scriptum deprehenditur, τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρῃ, καὶ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν, ut v. g. lib. Epid. VII. p. 829. Sicuti et apud *Xenophontem* lib. I. de Expedit. Cyri p. 205. [7, 2.] ἅμα τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ, quomodo et in sequentibus saepius, ut iam *Arrianum*, *Plutarchum*, *Lucianum*, *Aristidem* aliosque plures taceam, qui, prout lubet, ista ellipsi nunc utuntur, nunc autem eandem omittunt. Mera igitur hic est morosi Graeculi λεπτολογία et inane obloquendi studium, inprimis, quum addat ipse: τῆς ἐπιούσης δὲ ἡμέρας: quod solum nempe rectum esse putat, non autem τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ, sine ulla ratione, quod sane perquam acutum scilicet ac lepidum. Nam et utrumque recte dici pariter constat, scilicet τῆς ἐπιούσης et τῆς ἐπιούσης ἡμέρας, licet hoc frequentius aliquanto occurrat. Ita, ut unicum tantum locum illustrationis gratia huc adferam, *Plato* dixit in Critone p. 370. οὐ τοίνυν τῆς ἐπιούσης ἡμέρας οἶμαι αὐτὸ ἥξειν, apud quem in hunc sensum passim plura. Taedet enim me profecto atque piget harum ineptiarum, aut, ut mitius dicam, minutiarum: quare nihil amplius addo. Trill.

Ulterius hunc canonem prosequitur schol. *Lucian.* t. I. p. 32. *Graev.* Utriusque constructionis exempla ubivis obvia. Stobb.

Utrumque *Lucas* adhibuit, τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ semel A. App. VII. 26. alterum saepius. Quanquam ab *Herodiano* sumserit, praeceptum fallax: Attici scriptores ceterique per sanequam frequenter ἡμέραν omittunt non tantum in τῇ ἐπιούσῃ, ut *Parthen.* Erot. c. IX. p. 364 sed et τῆς ἐπιούσης, contra quam *Thomas* iubet: *Liban.* t. II. p. 331. B. *Long.* Past. IV. p. 111, 21. haud raro tamen utrique casui vocem eam adiungunt, neque ullum se sermonis nitori inferre damnum putant: *Poll.* I. 66. 67. minus obvium illud *Timaei* apud *Athen.* II. p. 37. C. τῇ ἐπιούσῃ τῶν ἡμερῶν. Vix abfuerit, si plurali dixeris τὰς ἐπιούσας ἡμέρας, ut *Xenoph.* *K. Π.* V. p. 77. 20. Par ratio in εἰς τρίτην, quod vide. Semper autem τῆς ἐπιούσης νυκτός, τῇ ἐπιούσῃ νυκτί. *Lysias* p. 103. 18. p. 121, 30. Hemsterh. (353)

Male ex ed. *Blank.* exciderat τῇ. Descripsit ex *Herodiano* *Thomas* p. 210. Sed ἅμα τῇ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ dixit *Xenoph.* de Exped.

κης καὶ χωρὶς προσθήκης λέγεται, οἷον ἐπινίκιος λόγος καὶ ἁπλῶς ἐπινίκιος. τὸ δὲ ἐπίνικος οὐδέποτε μετὰ προσθήκης. Ἀριστείδης ἐν τῷ περὶ τοῦ παραφθέγματος· ὥσπερ αὐτῷ τὸν ἐπίνικον ποιῶν[1]. *Λιβάνιος ἐν τῷ*[2] *εἰς τὸν Ἰουλιανὸν ἐπιταφίῳ· καθήμενον ἐπὶ τοῦ βασιλείου θρόνου δέχεσθαι τοὺς ἐπινίκους.*

Ἔπιον[3] *οἴνου καὶ ἔφαγον σίτου Ἀττικοί, οὐκ οἶνον, οὐδὲ σῖτον.*

Sed *Thomas* hic a sciolis turpiter est interpolatus: nam pro *οὐ μόνον* etc. praebent MSS. Leidd. peius *ἐπίνικος Ἀττικοί, ἐπινίκιος* (351) *Ἕλληνες*. Tum ponuntur *Aristidis* et *Libanii* exempla, ac pro *ἰστέον δὲ ὅτι* sequuntur in iisdem MSS. *τίθεται δὲ τὸ μὲν ἐπινίκιος καὶ μετὰ προσθήκης καὶ χωρὶς προσθήκης.* (haec absunt quoque a Leid. sec.) *οἷον ἐπινίκιος λόγος καὶ ἐπινίκιος μόνον. τὸ δὲ ἐπίνικος* etc. Quid ex hac confusione secernant et seligant et pro veris *Thomae* verbis recipiant, eruditi viderint. In corruptos codices incidisse et hinc differentiam statuisse in *ἐπινίκιος* tanquam adiective et substantive positum et in *ἐπίνικος* substantive modo sumtum statuisse; vel *τὸ μὲν ἐπινίκιος* masculine, et *τὸ δὲ ἐπινίκιον* neutro genere distinxisse videtur *Thomas*. Certe *τὸ ἐπινίκιον*, sive *τὰ ἐπινίκια οὐδέποτε μετὰ προσθήκης* ponuntur. Sed *ἐπέχω*. Oudend. [Burm. habet ut Leidd. *Ex Add.* — Secutus est hos libros *Ritschel*.]

1. *Αὐτῷ τὸν ἐπίν. ποιῶν.*] Sic in *Aristid.* t. II. p. 373. ed. Angl. [vol. II. p. 502. *Dind.*] ut fidenter rescripsi pro *αὐτός*, quia in Leid. pr. inveni *ἐν τῷ αὐτῷ*, nisi malis *ἑαυτῷ*. Dein *ἐπινίκιον* ipsum *Thomam* hic in mente habuisse et hoc exemplo probare voluisse *ἐπινίκιον ἁπλῶς* dici, subintellecto nempe *λόγῳ*, existimem, sicut in *Aristide* [ante *Dindorfium*.] legitur. Alioquin nullum τοῦ *ἐπινικίου* exemplum protulisset. Idem.

MS. B. *αὐτῷ*. Post locum *Libanii* sic pergit: *τίθεται δὲ μὲν ἐπινίκιος καὶ μετὰ προσθηκῆς καὶ χωρὶς προσθηκῆς, οἷον ἐπινίκιος λόγος καὶ ἐπινίκιος μόνον· τὸ δὲ ἐπίνικος οὐδέποτε μετὰ προσθηκῆς.* [Burm. *αὐτῷ*. *Ex Add.* — *Ritschel* ita: *ὥσπερ* [*αὐτὸς αὐτῷ* cet.]

2. *Ἐν τῷ* etc. *ἐπιταφίῳ.*] Sub initium t. II. p. 260. [vol. p. 522. *Reisk.*] ubi rectissime quoque *τοὺς ἐπινικίους* editur *λόγους*. MS. Oxon. *ἐπινεικους*. Oudend. [Burm. *ἐπινικίους*. *Ex Add.* — Contra *Oudendorpium* defendit *ἐπινίκους* *Schaefer* Gregor. Corinth. p. 539. Vid. de v. *ἐπίνικος* *Boeckh*. ad schol. dar. p. 460.]

3. *Ἔπιον.*] Vid. schol. *Lucian.* ad part. I. 1. p. 14. *ἐσθίειν* cum quarto casu adhibuit *Aelian.* V. H. lib. I. c. 1. XII. c. 37. Drakenb.

Dicit *Thomas* duo illa verba cum genitivo construi solere suadent haec *Machonis* Excerpt. p. 857.

Πεπότικε μὲν γὰρ ὥσπερ ἰατρός μ᾽ ἔφη
Ἃ δεῖ φαγεῖν δὲ σιτί᾽ οὐκ ἔδωκέ μοι.

Sallier.

Ἔπιπλα[1] τάττεται μὲν καὶ ἐπὶ ἱματίων, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον δὲ ἐπὶ παντοίων σκευῶν. Θουκυδίδης[2]· ἃ ἦν ἐν τῷ τείχει ἔπιπλα, χαλκὸς καὶ σίδηρος. καὶ Λιβάνιος ἐν τῇ περὶ τῆς λάλου μελέτῃ[3]· καὶ κατάλογος ἐνταῦθα τῶν ἐπίπλων μέχρι τῆς ληκύθου καὶ τῆς ἐτνηρύσεως[4].

Καὶ μὴ μόνον[5] *Ἐπισταμένως*[6], ἀλλὰ καὶ

Cyri lib. I. p. 260. ut saepe *τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν, τὰς ἐπιούσας ἡμέρας*. Dein *τῇ ἡμ.* Leid. pr. [ita etiam Burm. *Ex Add.*] OUDEND. [Vid. *Schaefer.* ad Lamb. Bos. de Ellips. p. 175. *Lobeck.* ad Herodian. p. 464.]

Observat *Aristid.* t. I. p. 620. 622. 664. *Achill. Tat.* p. 311. aliique. Verum idem *Aristides* negligit p. 543. 491. 551. 554. 634. bis etc. ABRESCH.

MS. B. *ἐκ ἐπιούσῃ*. Conf. Cel. *Wetstein* ad N. T. t. II. p. 499.

1. *Ἔπιπλα.*] Vid. *Harpocr.* v. *ἔπιπλον.* [*τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν σκεύη ἔπιπλα λέγουσιν, οἷον ἐπιπόλαιον κτῆσιν καὶ μετακομίζεσθαι δυναμένην.*] DRAKENB. Schol. *Lucian.* ex MS. Coisl. *ὅτι ἔπιπλα λέγοντα τὰ ἐλαφρότατα τῶν κτημάτων παρὰ τὸ ἐπιπολάζειν.* [cf. *Bachm.* Anecdd. vol. II. p. 338, 19.] Caetera non agnoscit, quae leguntur t. I. p. 364. *Hemst.* [Dial. Mort. X, 1.] a recentiore, uti videtur, manu profecta. STOEB. [pro *ἐπὶ τὸ πλεῖστον Ritschel.* ex duobus libris *ἐπιτοπλεῖστον.*]

2. *Θουκυδίδης*] Lib. III. p. 211. *Duk.* quem ibi vide. Conf. *Salmas.* de Usur. p. 84. IDEM.

Addit Leid. pr. *ἐν τρίτῃ.* cuius c. 68. citata verba invenies. OUDEND. Addit uterque MS. *ἐν τῇ γ.* [Addit Burm. *ἐν τῇ γ.* quae sunt contextui inserenda. *Ex Add.* Inseruit *Ritschel.*]

3. *Λιβάνιος ἐν τῇ τῆς λάλου μελ.*] T. I. p. 305. D. WITTEN. [vol. IV. p. 140. *Reisk.*]

Inserui rursus *περὶ* cum Leid. pr. V. p. 98. 110. 174. Infra in *Κεντεῖ. Κονδυλίζω. Μά. Μεθύσῃ* etc. Omisi in *Γῆμαι* monere *περὶ* addendum esse. Idem error vulgo in *Λύζω*, ubi recte idem codex *περὶ* addit. V. et indic. *Thucyd.* Comment. ad *Phrynich.* p. 148. ac Cl. *Alberti* ad *Hesychium.* *Ἔπιπλα, ἱμάτια γυναικεῖα ἢ χρήματα ἢ σκεύη ἐπιπόλαια.* OUDEND. [cf. *Bachm.* Anecdd. vol. I. p. 231, 10. *Ἔπιπλα: ἃ νῦν καλοῦμεν οἰκόσκευα· Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου.* Est locus p. 120. *Reisk.* *Bekkeri* Anecdd. p. 255, 11. cf. *Koen.* ad Gregor. Cor. p. 516 sq.]

[4. *Ἐτνηρύσεως.*] Burm. *ἐτνηρήσεως.* *Ex Add.*]

5. *Μὴ μόνον.*] *Καὶ μὴ μ.* et mox *καὶ ἐπιστολὴ* MSS. et edd. vett. *Aeschinis* exemplum invenies in Timarch. p. 277. A. OUDEND. [P. 128 sq. *Reisk.* §. 111. *Bekk.* Aliter conformata sunt verba apud Aeschinem. — Caeterum monendum, haec verba male divulsa esse a v. *ἐπεστραμμένως.*]

(354) 6. *Ἐπισταμένως.*] *Ἐπιστάμενος* *Isocr.* ad Demon. p. 54. DRAK. *Hom.* Batr. v. 127. STOEB.

εἰδότως, ὡς Αἰσχίνης· καὶ μάλα εἰδότως καὶ σαφῶς διδάξας δὴ ταῦτα.

Καὶ Ἐπιστολὴ[1] καὶ ἐπιστολαὶ[2] πληθυντικῶς ῥητορικόν· ἐπιστόλιον δὲ μόνοι οἱ σύρφακες[3].

Ἐπίστω[4] κάλλιον, ἢ ἐπίστασο. Σοφοκλῆς ἐν Αἴαντι[5] μαστιγοφόρῳ· εὖ μέντοι τοῦτ' ἐπίστω[6].

---

1. Ἐπιστολή.] Ἐπιστολὴν ἔχουσαν σφράγισμα meminit *Xenoph.* p. 438. pr. ἐπιστολὰς *Sophocl.* Aiac. v. 792. ἐπιστόλιον *Diog. Laërt.* p. 21. A. 106. B. 118. D. etc. Conf. *Hesych.* voc. γραμματίδιον. Idem.

2. Ἐπιστολαί.] Ita *Lysias* p. 204. τίνα γὰρ οἴεσθε, ὦ ἄνδρες δικασταί, φιλότιμον μὲν ὄντα, ἐπιστολῶν δὲ ἠκουσῶν αὐτῷ παρὰ τοῦ πατρὸς μηδὲν ἀπορήσειν ἐκ Κύπρου, ᾑρημένον δὲ πρεσβευτὴν καὶ μέλλοντα πλεῖν ὡς Εὐαγόραν ὑπολείπεσθαι ἀντὶ τῶν ὄντων. Pluralem quoque numerum usurpatum reperias a *Dinarcho* p. 23. Ad ἐπιστόλιον quod attinet, ea vox, si *Thomas* audiendus, inter pessimas numeranda est, qua tamen utuntur *Plutarchus* pluribus in locis, et *Diogenes Laërt.* p. 18. 21. 106. etc. Sallier.

3. Ἐπιστόλιον μόνον οἱ σύρφακες.] An igitur sic σύρφαξ fuerit *Plutarchus*, quum ita scriberet in praecept. Polit. p. 392. edit. *Xyland.* Graec. πρός τινα δυνάστην ἐπιστόλιον αὐτοῦ τοιοῦτον φέρεται. Certe alibi non erat tam rudis et inficetus σύρφαξ nostro *Thomae Plutarchus* iste, quum eius auctoritate saepius in rem suam uteretur, ut v. g. in ἄνωθεν, ἀτενές, δημόκοινος, διαπεπραγμένον, δυσωποῦμαι, εὐπρόσοδος, ζώνιον, κόρυδος, λαμυρία, ὑποκορίζομαι et aliis locis. Neque sane σύρφακες sunt *Athenaeus*, *Philo Iud. Io. Chrysostomus*, aliique ex patribus Graecis, qui voce ista ἐπιστολίου frequentius usi sunt, quorum tamen loca passim obvia iam anxie conquirere non vacat. Nec denique σύρφαξ fuit, putem, *Catullus*, homo potius, ut notum, lepidissimus et elegantissimus, qui vocem illam graecam, ceu probam et elegantem, civitate Latina donavit in epigrammat. 69. ad Manlium:

Conscriptum lacrymis mittis Epistolium.

Triller.

4. Ἐπίστω.] Sic etiam ἐπίστῃ dicunt pro ἐπίστασαι. *Isocrat.* ad Demonic. p. 58. Drakenb.

Legitur apud *Xenoph.* Cyrop. III. p. 59. 65. et alibi passim. Conf. *Cornucop.* p. 117. B. ἠπίστασο *Synes.* p. 184. B. Witter.

Sic tamen *Aesch.* in Prom. vs. 839. 966. Abresch.

5. Σοφοκλ. ἐν Αἴαντι.] Verba a nostro prodita in Aiace legisse non subit. Occurrit alius locus huic non absimilis, nisi quod (355) *Thomae* sententiae minus favet, v. 1153. καὶ σὺ τοῦτ' ἠπίστασο. Idem ἐπίστασο usurpavit v. 994. et 1099. Unde quam parum praesidii in *Sophoclis* auctoritate illi glossae sit, nemo non videt. *Phavorinus* illum testem non agnoscit: quae suspicionem inducere non nemini possunt, *Sophoclis* illa verba a glossatore adiecta margini sui codicis fuisse, quorum auctoritate grammatici observationem labefactaret. Stoeb. [Vox μαστιγοφόρῳ deest Burm. *Ex Add.*]

6. Τοῦτ' ἐπίστω.] Sed vulgo ἐπίστασ' vs. 1387. [v. 1349. *Herm.*] Utrumque saepius usurpat *Sophocles.* Wolf.

Ἐπιστρέφομαι[1] ἐγώ, ὡς Πλάτων ἐν τῷ Ἀξίοχος ἢ περὶ θανάτου[2]· ἐπιστραφεὶς δὲ Κλεινίαν[3] ὁρῶ τὸν Ἀξιόχου. καὶ ἐπιστρέφω ἕτερον[4], οἷον τό[5], τὰς ἁπάντων ὄψεις εἰς ἑαυτὸν ἐπιστρέψας.

Ἐπίστω scil. sequente consonante, *ἐπίστασο* sequente vocali, qua eliditur *ο*. Adi omnino *Suidam*. *Moeris* [p. 163.] quoque adsentitur nostro. OUDEND. [Vid. supra *ἀνίστω* p. 69. hui. ed.]

1. *Ἐπιστρέφομαι.*] Leid. pr. *ἐπιστρέφω*. IDEM.

Uterque MS. *ἐπιστρέφω ἐγώ*. [etiam Burm. *ἐπιστρέφω*. *Ex Add.* — Recepit *Ritschel.*] *Asclepiades* Epigrammat. MS.

— — *νῦν δὲ τάλαινα*
Οὐδ' ὅσσον παίζων εἰς ἔμ' ἐπιστρέφεται.

2. *Πλάτων ἐν τῷ Ἀξίοχος ἢ περὶ θανάτου.*] *Phavor.* p. 301. *ὡς Πλάτων. ἐπιστρ. Κλεινίαν ὁ. τ. Ἀξ.* WITTEB.

Vide locum in Dial. Spur. t. III. p. 364. pr. et ex nostro corrige, qui male *περιστραφεὶς* habet. STOBB.

Loci indicium nullus meorum codex praebet. Male edd. vett. *καί*. V. supra p. 166. [p. 157. hui. ed.] Sed initio dialogi t. III. p. 364. sic vulgo legitur: *ὡς δὲ περιστραφεὶς περιεσκόπουν, ὁπόθεν εἴη, Κλεινίαν ὁρῶ τὸν Ἀξιόχου.* Hic etiam bene *Κλεινίαν* Leid. pr. *Κλινείαν* sec. Passim autem *ἐπιστρέφεσθαι* dicuntur illi, qui se oculosque convertunt in adspectum. Vid. *Xenoph.* lib. VI. Cyr. p. 170. *ἐπιστραφεὶς καὶ ἰδὼν Herodian.* l. VI. 4. *Aelian.* l. XII. V. H. 58. XIII. 43. lib. VI. An. 41. VII. 10. VIII. 17. Atque ita legendum lib. XVII. c. 37. [p. 390, 18. *Iac.*] *ὁρᾷ δὲ ἐπιστραφεὶς τοὺς πιόντας.* ut est in MSS. Med. August. Apostol. c. 2. §. 6. vulgo *στραφείς;* plurima ibidem ex Apostolio restitui possunt. Dein post *ἕτερον*, addidi MSS. omnium fide *οἷον*, nova distinctione posita post *τό*. Exsulabat *οἷον*. *Herodian.* lib. V. c. 3. §. 16. *τῆς ὥρας αὐτοῦ πάντων τὰς ὄψεις εἰς ἑαυτὴν ἐπιστρεφούσης.* OUD.

In princ. dialogi, sed ubi legitur hodie *περιστραφείς*, quod peperisse videtur sequens *περιεσκόπουν*. Alio quoque ibi ordine repraesentantur verba, quam ea citat *Thomas*. *Apocal.* cap. 1. comm. 12. *ἐπέστρεψα βλέπειν τὴν φωνὴν — καὶ ἐπιστρέψας εἶδον.* quocum omnino conferri mereantur verba dialogi. *Περιστρέψαι* vereor, (356) ut eo sensu usquam occurrat; nec novit pro eo aliud, quam istud unicum exemplum *H. Steph. Aristid.* t. I. p. 185. ubi schol. Noster verba *πάντας ἀνθρώπους ἐπιστρέφοντες πρὸς τὴν πόλιν* expl. *ἀποβλέπειν ποιοῦντες*. *Themist.* Orat. III. p. 45. C. edit. *Harduin.* Idem iunxit *τοὺς ὀφθαλμοὺς* Orat. IX. p. 122. D. Haec ad alteram, quam docet *Magister*, notionem. ABRESCH.

3. *Κλινίαν.*] Uterque MS. *Κλεινίαν*. [sic et Burm. *Ex Add.*]

4. *Καὶ ἐπιστρ. ἕτ. τό.*] *Phavor.* *οἷον τὸ τὰς* etc. Sic *ἐπιστρέφομεν* apud *Laërt.* p. 151. E. STOBB.

5. *Τό.*] MS. A. *οἷον τὰς ἀπ.* MS. B. *οἷον τὸ τὰς ἀπ.* [Burm. quoque *οἷον τό, τὰς ἀπ.* *Ex Add.*]

Ἐπίταγμα[1] κάλλιον ἢ πρόσταγμα[2], καὶ ἐπιτάττω[3] ἢ προστάττω[4].

Ἐπίτεξ[5], οὐκ ἐπίτοκος[6].

---

1. Ἐπίταγμα etc.] Nomen est imprimis Atticum, neque dubitandi locum relinquunt haec *Isocratis* p. 126. ἐπειδὴ δ' εἰς ἀνάγκην καθίσταμεν, ὥστε κινδυνεύειν, ἡσυχίας ἐπιθυμοῦμεν καὶ περὶ ἀσφαλείας βουλευόμεθα. καίτοι χρὴ τοὺς βουλομένους ἐλευθέρους εἶναι, τὰς μὲν ἐκ τῶν ἐπιταγμάτων συνθήκας φεύγειν ὡς ἐγγὺς δουλείας οὔσας. Ita quoque *Andocides* p. 271. εἰρήνην μὲν γὰρ ἐξ ἴσου ποιοῦνται, inquit, πρὸς ἀλλήλους ὁμολογήσαντες περὶ ὧν ἂν διαφέρωνται. σπονδὰς δὲ ὅταν κρατήσωσι κατὰ τὸν πόλεμον, οἱ κρείττους τοῖς ἡττόσιν ἐξ ἐπιταγμάτων ποιοῦνται. Non ideo tamen repudianda vox πρόσταγμα, qua *Dinarchus* usus deprehenditur p. 37. καὶ τεθνᾶσι, inquit, κατὰ τὸ σὸν ψήφισμα δύο τῶν πολιτῶν πατὴρ καὶ υἱός, παραδοθέντες τῷ ἐπὶ τῷ ὀρύγματι. ἐδέθη τῶν ἀφ' Ἁρμοδίου γεγονότων εἷς κατὰ τὸ σὸν πρόσταγμα. Utitur et *Isocrates* p. 133. ἡμεῖς δὲ εἰς τοῦτο μικροψυχίας ἔλθοιμεν, ὥστε τὰ προστάγματα τούτων ὑπομεῖναι ὧν ἄρχοντες πάντα τὸν χρόνον διετελέσαμεν. Apud eumdem legitur verbum προστάττω, p. nempe 134. ἡδέως δ' ἂν αὐτῶν πυθοίμην, ὑπὲρ τίνων οἴονται χρῆναι μαχομένους ἡμᾶς ἀποθνήσκειν. οὐχ ὅταν οἱ πολέμιοι προστάττουσι παρὰ τὸ δίκαιον. Minus recte igitur *Thomas*, cui haec vox parum probatur. SALLIER.

Aeschin. in Timarch. p. 171. B. *Synes.* p. 212. D. STOBB.

Bene istud monet *Thomas.* Προστάττειν enim aliud fere apud scriptores notat; at ἐπιτάττειν est *iniungere*, *iubere*. ABRESCH. *Heliodorus* lib. I. Aethiop. p. 30.

2. Ἢ πρόσταγμα.] Sui noster oblitus videtur in προστάττω. Quodsi vero hanc vocem non repudiandam censuit, quid in πρόσταγμα vitii sit, non videmus praesertim cum scriptores non contemnendos eam usurpasse cernimus; vid. e. g. *Aelian.* V. H. IX, 23. XII, 1. *Basil.* de Creatore ὁ δοὺς τὸ πρόσταγμα t. I. p. 97. etc. STOBB. (357)

3. Καὶ ἐπιτάττω ἢ προστάττω.] *Xenoph.* ἐπετέτακτο p. 446. C. et alibi. Neque tamen τῷ προστάττω sua deficit auctoritas apud eundem: προστάξειν p. 448. D. προσετάχθη ibid. Conf. *Bud.* Comm. col. 798. seq. IDEM.

4. Ἢ προστάττω.] Aeque bonum hoc est, et aliquoties pro ἐπιτάττω ab Atticis adhibitum. OUDEND.

5. Ἐπίτεξ.] *Phrynichum* more suo sequitur p. 146. [p. 333. *Lob.*]; utramque vocem in *Hippocrate* reperiri monstrat Oeconomia *Foësii;* attamen ἐπίτοκον virtute paulum diversa de *muliere ad concipiendum foetum idonea et foecunda:* neutra vis non convenit τῇ ἐπιτόκῳ, quemadmodum aeque τῇ ἐπιφόρῳ, quare iunxit *Poll.* II. 7. ἐπίτεξ, ἐπίφορος καὶ ἐπίτοκος. Temerarium ergo *Phrynichi* facinus, nec tamen insuetum, contra Comicum *Antiphanem*, cui ab elegantia styli laudato cura fuit teneris Atheniensium auribus blandiri, audere statuere: ἐπίτοκον ea potestate vindicant *Aristoteles*, quamvis apud Atticistas in hac causa minus gravis auctor et *Platoni* non comparandus, Z. I. VI. p. 183, 24. *Herodotus*, quicumque demum, non certe ut quidem arbitror, Halicarnassensis, de Vit. Hom. c. 3. ἡ Κριθηῒς . . . . ἤδη ἐπίτοκος οὖσα τίκτει τὸν Ὅμηρον. *Plutarch.*

Ἐπίτηδες[1] *καὶ ἐξεπίτηδες*[2].

Ἐπίτιμος καὶ ὁ ἐκτιμώμενος ὑπό τινος, οἷον ἐπίτιμος ἀγρὸς ἢ οὐσία, ὡς Θουκυδίδης[3]· *ἐπιτίμους τὰς οὐσίας ἐποίουν. καὶ ἐπίτιμος ὁ ἐπὶ τιμῆς*[4] *καὶ ἀξιώματος. ὁ αὐτός*[5]· *μὴ ὄντες ἐπίτιμοι νεωτερίσωσιν. εὕρηται δὲ καὶ ἔντιμος. Ἀριστείδης ἐν τετάρτῳ*[6] *τῶν ἱερῶν· καὶ μάλ' ἔντιμα καὶ λαμπρά.*

---

t. II. p. 997. A. *οὔθατα συῶν ἐπιτόκων.* ne plures inferioris ordinis proferam. Alterum etiam frequens; nota *Luciani* loca: canem feminam, inquit *Poll.* V. 52. nemo venatum eduxerit, *ὁπότε ἐπίτεξ εἴη καὶ ἐπίφορος. Hierocl.* in Hippiatr. p. 58. *ἐάν γε μὴν (ἡ ἵππος) τὸ οὖθαρ χαλάσῃ ἐπίτεξ οὖσα τοῦ δεξιοῦ μέρους.* neque omitti debet *Herodot.* I. 111. *ἡ γυνὴ ἐπίτεξ ἐοῦσα πᾶσαν ἡμέρην.* paulo ante cap. 108. vulgatum fuerat, *τὴν θυγατέρα ἐπίτεκα ἐοῦσαν.* Vir Clariss. *I. Gronovius* cod. Med. fretus dedit *ἐπίτοκα.* nescio quam recte, nisi quod huic scripturae pondus addat *Damasc.* apud *Phot.* Bibl. p. 561. vs. 31. *ἐπίτοκα οὖσαν τὴν γαμετὴν συνεπῆγεν.* et p. 571, 3. *τὴν γαμετὴν λοιπὸν ἑώρα ἐπίτεκα οὖσαν ὁ ἀνήρ.* ubi *Hoeschelius* in MSS. haberi notat *ἐπίτοκα*, quod sane, nisi metaplasmum declinationis subsidio voces, defendi nequit. *Ἐπὶ τόκον ἤδη οὖσαν* scripsit *Eratosth.* Catast. cap. 1. quod causa non est, cur in *ἐπίτοκον* mutetur. HEMSTERH. [Cf. *Lobeck.* ad Phrynich. l. l. add. *Bast.* ad Gregor. Corinth. p. 155. sq.]

Ex *Phrynicho* item *Suid. Herod.* lib. I. cap. 108. 111. *Poll.* lib. V. §. 52. qui utrumque iungit lib. II. §. 7. OUDEND.

(358) 6. *Οὐκ ἐπίτοκος.*] Utrumque *Pollux* agnoscit II. 7. et *Gloss.* p. 173. *prope partum*, *ἐγγὺς τοκετοῦ*, *ἐπίτοκος*, *ἐπίτεξ.* Neque tamen, nisi unus *Herodotus*, vel quisquis auctor est vitae Homeri, vocis *ἐπίτοκος* exemplum suppeditat, p. 638. A. WITTER. Vid. *Bud.* col. 518. STOBBER.

1. *Ἐπίτηδες.*] Etiam *ἐπιτήδειος. Lucian.* Contempl. p. 343. *Suidas* v. *ἐξεπίτηδες* p. 766. et ibi *Kuster.* DRAKENB.

2. *Καὶ ἐξεπίτηδες.*] *Οὐκ* MS. Oxon. Sed alibi repetitur: ubi deest *οὐκ.* Confer *Aristid.* p. 104. B. NORMANN.

Adi *Suidam* cum nota Cl. *Hemsterh.* ad *Aristoph.* Plutum vs. 917. et *Stephan.* in Lex. OUDEND. [Herodian. p. 450. *Ἐπίτηδες καὶ ἐξεπίτηδες, ἀμφοτέρως.* ubi vid. *Piers.*]

3. *Ὡς Θουκυδ.*] Memoriae non nimis hic nostrum tribuisse, cuivis *Thucydidem* cum nostro contendenti patebit. vid. lib. V. p. 367. A. *Steph.* WITTER. Conf. not. ad *Lucian.* Tox. p. 535. [c. 26.] STOEBER. [*Ritschel.* haec: Ex lib. V. c. 34. (puto e verbis *ἤδη καὶ ἀρχάς τινας ἔχοντας ἀτίμους ἐποίησαν*) sumpta esse vidit *Dukerus* Praef. ad Thucyd. (ap. *Popp.* P. II. vol. I. p. 92.)."]

Addit MS. A. *ἐν πρώτῃ.*

4. *Τιμῆς.*] MS. A. *τιμῆς ὤν.*

5. *Ὁ αὐτός.*] Lib. V. c. 34. ubi vide *Duker.* item *Ammonium*, ibique *Valcken.* Locus *Aristidis* legi potest t. I. p. 339. ed. Angl. OUDEND.

6. *Ἀριστ. ἐν τετ.*] Pag. 179. A. l. 17. WITT. [vol. I. p. 524. *Dind.*]

καὶ ἐπιτιμῶ τὸ μέμφομαι[1], τὸ δοξάζω[2] καὶ τὸ τιμωρίαν ἐπιτίθημι. Ἡρόδοτος[3] ἐν τῇ τετάρτῃ· ἀνεσκολόπισε τὴν ἀρχαίαν[4] δίκην ἐπιτιμῶν. ὡσαύτως καὶ ἐπιτιμῶμαι καὶ ἐπὶ τῶν τριῶν.

Ἐπιτρέπει οὐ μόνον ὁ μείζων τῷ ἐλάττονι, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐναντίον. Θουκυδίδης[5] ἐν τῇ πρώτῃ[6]· ἤθελον δὲ[7] καὶ τῷ ἐν Δελφοῖς μαντείῳ ἐπιτρέψαι. Ἀριστείδης[8] ἐν τῷ Ῥοδίοις περὶ ὁμονοίας· ὑπὲρ μὲν τῶν κατ' ἐμαυτὸν τοῖς θεοῖς ἐπιτρέπω.

Ἐπιτρίβεται[9] πολλὰς λέγε, μὴ πολλὰς πληγὰς δέχεται. Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις[10]· ἐπετρίβετο πολλὰς ὡς τὰς Μούσας ἀφανίζων. ἐπὶ δὲ τῶν τὰς πληγὰς ἐπιφερόντων, ξαίνει τὸν δεῖνα πολλὰς κατὰ τοῦ νώτου[11] τυχὸν ἢ κατ' ἄλλου τινὸς

---

1. Κ[illegible] ἐπιτιμ. τὸ μέμφ.] *Isocrat.* ad Demonic. p. 51. DRAKENB. *Plat.* Gorg. p. 487. fin. πάντων δὲ καλλίστη ἐστὶν ἡ σκέψις, ὦ Καλλίκλεις, περὶ τούτων, ὧν σὺ δή μοι ἐπετίμησας. Interpr. *de quibus tu me obiurgavisti.* STOEBBER.
Notat praeterea *pretium incendere*, ut apud *Diphilum* in Excerpt. *Grotii* p. 789.

2. Τὸ δοξάζω.] Leid. pr. καὶ δ. *Herodotea* habentur cap. 43. lib. IV. OUDEND.
MS. B. καὶ δοξάζω. [Burm. καὶ τὸ δοξάζω. *Ex Add.* — Recepit *Ritschel.*]

3. Ἡρόδ.] Pag. 270. B. ubi pro ἀρχαίαν est ἀρχαίην. WITT.

4. Ἀρχαίαν.] MS. B. ἀρχαίην. [Recepit hoc *Ritschel.*]

5. Θουκ.] Pag. 20. C. WITTER. (359)
Ἐπιτρέπειν *indulgere* rarius sine casu constructum legitur, uti apud *Plat.* Gorg. p. 504. C. ubi *Socrates* ad Calliclem: εἰ δὲ μή, ἔλεγχε καὶ μὴ ἐπίτρεπε. *concedere*, *permittere* cum infinit. l. c. p. 505. STOEBBER.

6. Ἐν τῇ πρώτῃ.] cap. 28. In *Aristidis* loco t. I. p. 557. pro ἐπιτρέπων lege ἐπιτρέπω. Abest μὲν [illegible] Leid. pr. ἐπιτρέπειν τῷ θεῷ apud *Platon. Xenoph. Herodot.* aliosque non raro. OUDEND.

7. Ἤθελον δὲ.] MS. A. delet δὲ idem mox legit τὸν pro τῷ.

8. Ἀριστ.] T. I. p. 577. Iebb. ex quo hic scrib. ἐπιτρέπω. WITTER. [vol. I. p. 824. *Dind.*]

9. Ἐπιτρίβεται . . . Ἀριστοφ. νεφ.] Vs. 968. Alter Ἱππ. est vs. 5. WITT. Ἐπιτρίβεσθαι de mulieribus quoque faciem fucantibus usurpari, dicit *Phrynichus* προπαρ. σοφ. h. v. STOEBBER.

10. Ἐν Νεφέλαις.] Vers. 972. ἐπετρίβετο τυπτόμενος πολλὰς etc. OUDEND.

11. Κατὰ τοῦ νώτου τυχὼν ἢ etc.] Lege cum Leid. pr. [ita et Burm. *Ex Add.*] et edd. vett. τυχόν, *forsan*; sed cur addidit

μέρους τοῦ σώματος. οὕτω γὰρ Δημοσθένης λέγει. καὶ προστρίβεται τῷ δεῖνι πληγάς. Ἀριστοφάνης ἐν Ἱππεῦσι· πληγὰς[1] ἀεὶ προστρίβεται τοῖς οἰκέταις.

Ἐπιτροπεύω[2] τὸν παῖδα κάλλιον ἢ ἐπιτροπεύω τοῦ παιδός.

---

haec *Thomas*, cum diserte apud *Demosthenem* de falsa Legat. p. 328. E. [p. 403, 4. *Reisk.* ubi vid. *Taylor.*] legatur ξαίνει κατὰ τοῦ νώτου πολλάς? Pertinet huc quodammodo locus *Aeliani* lib. X. Anim. cap. 21. [p. 227, 31. *Iac.*] μαστιγοῦσι τε πολλαῖς καὶ ταῖς ἐξ ἀνθρώπων ξαίνουσι κνυζομένους καὶ δακρύοντας. Nota sunt, quae super his scripserunt viri doctissimi; sed ignoscant mihi, quaeso, si eorum coniecturis adsensum tribuere nequeam. Mihi legendum videtur ταῖς ἐξ ἀντακαίων, flagris scil. quae facta sunt ex antacaeis: quippe iis piscibus est ὑμὴν ὑγρὸς καὶ στενός, ὃν πρὸς τὴν εἵλην αὖον ἐργασάμενος ἕξεις, εἰ θέλεις, καὶ μάστιγας ὡς ἐλαύνειν ζεῦγος ἵππων. Μάστιγος γὰρ ἤ τι ἢ οὐδὲν διαφέρει, ut idem testatur *Aelianus* lib. XIV. An. cap. 26. ubi vulgo inepte editur ζεῦγος γὰρ ἤ τινι ἢ etc. Ceterum *Aristophanis* versus est quintus ἐν Ἱππεῦσι, quem citat auctor. OUDEND. [Vid. *Lamb. Bos* de Ellips. p. 385. s. *Ast.* ad Plat. de Legg. p. 433. *Huschk.* in Anall. Phill. I. I. p. 26. — Ad Aeliani verba ταῖς ἀνθρώπων haec leguntur in Addendis: „Ταῖς ἐξ ἀνθρώπων in Aeliano ne mutes. *Plagas crudeles* et *verbera inhumana* intelligit auctor. Locutionis huius elegantissimae vim eruditorum nemo hucusque, quod ab nostro *Hemsterhusio* didici, recte percepit. Vide doct. *Abresch.* ad Aeschyl. p. 140. et quos laudat in Addendis, ac praeclarum, sed hallucinantem, *I. Taylorum* ad Lysiam p. 259. [p. 494. ed. *Reisk.*] γραφὰς τὰς ἐξ ἀνθρώπων ἐγράφετο. Locis per illos prolatis addantur Dionys. Halicarn. t. II. p. 167. ed. Angl. πονηρίαν γὰρ τῷ Δημοσθένει καὶ κακίαν τὴν ἐξ ἀνθρώπων πᾶσαν ἐνοικεῖν. Dio Cass. l. XXXVIII. §. 26. et l. LVII. §. 23. ed. Hamb. πάντα τὰ ἐξ ἀνθρώπων κακά. ubi male vertitur *inprobitatem omnium hominum*, et *mala ac flagitia, quae in homines cadere possunt.*“ Plat. Theaetet. p. 170. D. οἵγε μοι τὰ ἐξ ἀνθρώπων πράγματα παρέχουσι. ubi vid. *Heindorf.* p. 378. s. uberius hac de locutione exposuit *Coraës* ad Heliodor. vol. II. p. 53 sq.]

(360) 1. Πληγὰς.] MS. B. πληγὴ γὰρ ἀεί.

2. Ἐπιτροπεύω τόν.] Sic *Aristoph.* in Ἱππ. p. 298. (vs. 212.)

Τὸν δῆμον οἷός τ' ἐπιτροπεύειν εἴμ' ἐγώ.

TORREN. *Moeris* [p. 149. ibq. *Pierson.*]: ἐπιτροπεῦσαι τὸν παῖδα Ἀττικῶς. ἐπιτροπεῦσαι τοῦ παιδὸς Ἑλληνικῶς. *Suidas*: Ἐπιτροπεύω· γενικῇ. αἰτιατικῇ δέ. Καὶ ἐπετρόπευσε μὲν τὸν υἱὸν Ἀλέξανδρον τὸν Ἡρακλέα κληθέντα. Post γενικῇ excidisse videtur exemplum. Sic *Herodian.* lib. VII. 4. ἐπετρόπευέ τις τῆς χώρας ac saepe. Sed ὁ τὴν ἑῴαν ἐπιτροπεύων *Philostr.* V. *Soph.* II, 1, 13. OUDEND.

Consule Cel. *Abresch.* Dilucid. *Thucydid.* ad lib. I. p. 72. ubi *Thomas* vapulat. [cf. *Bekkeri* Anecdd. p. 145, 27.]

Ἐπίφορος ἄνεμος[1] λέγε[2], οὐ πρόσφορος.

Ἐπιψηφίζω[3] ἐγὼ τοῖς παροῦσιν, ἀντὶ τοῦ ἐπιβεβαιῶ[4]· καὶ ἐπιψηφίζω ἕτερον, ἀντὶ τοῦ μάρτυρα[5] ἐφ' οἷς λέγω καλῶ. Πλάτων ἐν Γοργίᾳ· μὴ οὖν μηδὲ νῦν με κέλευε ἐπιψηφίζειν τοὺς παρόντας. καὶ αὖθις ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ· καὶ ἕνα ἐπιψηφίζειν ἐπίσταμαι.

---

1. *Ἐπίφορος ἄνεμος λέγε, οὐ πρόσφορος.*] §. desumpta ex *Thucyd.* II. p. 152. A. III. [c. 74.] p. 223. B. vid. et *Polyaen.* IV. p. 396. et 501. Sic εὔφορον πνεῦμα apud *Xenoph.* 'Ελλ. VI. p. 459. φορὸν πνεῦμα *Diod.* XIV. p. 279. A. Witter.

Cur vero non? Certe πρόσφορον φάρμακον dixit *Aristophanes*, in Vespis p. 488. πρόσφορα ἄκεα *Aretaeus* p. 118. πρόσφορον κατασκευὴν *Dionysius* Hal. πρόσφορον χρόαν *Plutarchus*, πρόσφορον ὕπνον *Hippocrates*, item πρόσφορον νύκτα et πρόσφορον θέρμην, si recte memini, πρόσφορον πνεῦμα, item πρόσφορος ἱδρὼς *Galenus*, atque talia innumera fere passim apud omnes auctores Graecos. Conf. celeb. *Abresch.* Animadvers. in *Aeschyl.* lib. II. cap. 30. p. 461. Ideoque vix dubitare licet, quin et τὸ πρόσφορος ἄνεμος ad hanc formam normamque aliquoties apud eosdem occurrat, quamvis mihi iam festinanti nullum, quod doleo, exemplum ad manus sit; apud *Polybium* tamen, si recte memini, hoc sensu legitur ἄνεμος πρόσφορος, item φορός, ut observavit *Suidas.* Est enim τὸ πρόσφορον, *Hesychio* bene observante, ἐπιτήδειον, ἁρμόζον, οἰκεῖον. Hinc ἄνεμος πρόσφορος significatione tantundem, credo, valebit ac ἐπίφορος, quoniam hoc idem significat ac πρόσφορος, ceu notum. Triller.

2. *Λέγε.*] MSS. Leidd. δεῖ λέγειν. [etiam Burm. δεῖ λέγειν. *Ex Add.* — Recepit *Ritschel.*] In seq. §. ex iisdem MSS. excudi iussi καὶ ἐπιψηφίζω ἕτερον ἀντὶ τοῦ, μάρτυρα etc. Vulgo sine ullo sensu edebatur καὶ ἀντὶ τοῦ. Consule hic *Kuster.* de verb. Med. p. 115. Comment. ad *Harpocrat.* et *Duker.* ad *Thucyd.* lib. VI. c. (361) 14. In *Platonis* exemplis, quae habentur in Gorgia t. I. p. 474. [A.] ed. Serr. cum MSS. et edd. vett. reposui praesens ἐπιψηφίζειν. prave nunc ἐπιψηφίσειν. Oudend.

3. *Ἐπιψηφίζω ἐγὼ* etc.] Loca *Platonis*, quae citat, rectius videtur exponere *Bud.* in Comment. Ling. Gr. p. 167. seq. Abresch.
MS. A. delet ἐγώ.

4. *Ἀντὶ τοῦ ἐπιβεβαιῶ.*] Vid. *Harpocr.* lexic. h. v. Drakenb.
Melius ἐπικυρῶ. Vid. *Harpocr.* in voc. coll. *Vales. Suid.* h. v. et *Bud.* Comment. col. 209. seq. Stobb.

5. *Καὶ ἀντὶ τοῦ μάρτυρα* etc.] Redundare hic τὸ καὶ omnino videtur; nisi aliam significationem excidisse putes: eam scilicet, qua ἐπιψηφίζειν idem est ac *ad suffragium ferendum alterum invitare*, quo sensu saepius apud *Platonem* occurrit; vid. Gorg. p. 473. fin. et 476. pr. Neque aliter in loco a *Thoma* citato p. 474. A. intelligi debet: ex quo hic utique scribendum ἐπιψηφίζειν, uti etiam in altero, qui legitur ibidem. Quam lectionem *Phav.* quoque et Rom. edit. confirmant. Idem.

Ἔποικος[1] καὶ ὁ ἁπλῶς κατοικῶν ἔν τινι πόλει καὶ ὁ ἐξελαθέντος[2] τοῦ πρώην οἰκοῦντος αὐτὸς ἐπελθὼν καὶ οἰκήσας· ἢ καὶ ὥσπερ Θουκυδίδης[3] λέγει, ἐποίκους ἔπεμψαν Ἀθηναῖοι.

Ἐπ' ὄρνισι[4] κάθηται, οὐκ ὀρνεοσκοπεῖ[5].

Ἐπωάζει[6], οὐκ ἐπικάθηται ᾠοῖς.

Uterque MS. delet particulam καί. [ἀντὶ τοῦ etiam Burm. sine καί. *Ex Add.*]

1. Ἔποικος.] Conf. *Phav.* et schol. *Thucyd.* lib. I. p. 10. et II. p. 118. Locus a nostro allegatus extat p. 147. A. Stoeb.

2. Ὁ ἐξελαθέντος etc.] Ὁ deest Leid. sec. qui cum ed. Rom. dat a m. sec. ἐξελασθέντος, quomodo bis scriptum in cod. Mediceo *Herodot.* probante Cl. *Gronovio* ad lib. I. cap. 168. Non sequor. Oudend.

3. Ἢ ὥσπερ Θουκυδίδης.] Dele ἤ. Wolf. [Male profecto.] Sed MSS. Leidd. praebent ἢ καί, *vel etiam*, ut edidi. Intellexit auctor lib. II. c. 27. ubi vide, et ad lib. V. c. 5. Oudend. MS. uterque ἢ καὶ ὥσπερ. [sic et Burm. *Ex Add.*]

4. Ἐπ' ὄρνισι.] Vid. *Moschopulum* syll. f. 144., et *Iungerm.* ad *Polluc.* lib. VII. §. 188. ubi vel ex hoc loco patet, recte MStum inserere ἐπ' ὄρνισι. Oudend.

(362) Sic ἐπὶ μαθήμασι *Arist.* t. I. p. 146. et ἀφέντες ἐφ' ὦ κάθηνται t. III. p. 720. Conf. *G. O. Reitzii* Belga Graecissans p. 489. aliud ἐπὶ τοῖς τροπαίοις κάθηται apud eundem *Aristid.* t. I. p 259. ubi est *otiari post victorias reportatas*, ἡσυχάζειν ἐπὶ τῇ νίκῃ schol. interprete. Abresch.

5. Οὐκ ὀρνεοσκ.] *Moschop.* ἤτοι ὀρνεοσκ. quod magis placet, tametsi τὸ ὀρνεοσκοπεῖν rarius occurrat apud veteres. θῶκον ὀρνιθοσκόπον legitur apud *Sophocl.* Antig. vs. 1111. Stoeb. [Cum Moschopulo consentit Herodianus, p. 465. *Piers.* ἐπ' ὄρνισι καθέζεται, ἤτοι ὀρνεοσκοπεῖ.]

6. Ἐπωάζει.] Conf. *Phav.* in ἐπώζειν. Vid. *Diod.* I. p. 67. D. *Laërt.* p. 73. F. Wittbr. Add. *Basil.* t. I. p. 107. B. Stoeb.

Moeris [p. 157. ibq. *Pierson.*]: Ἐπωάζειν, τὸ ἐπὶ τοῖς ᾠοῖς καθῆσθαι. Cod. MS. ἐπώζειν, idque debuerat servari. *Aristoph.* Av. v. 267. ubi *schol.* Ἐπώζειν ἐστὶ τὸ ἐπὶ τοῖς ᾠοῖς καθεζόμενα τὰ ὄρνεα κράζειν; simul enim glocitationem ab incubantibus editam complectitur *). Utrumque Ἐπωάζουσι et Ἐπώζειν *Hesychius* habet. Idem: Ὠΐζει, ἐπικάθηται. unde liquet duplex forma ᾠάζειν et ᾠΐζειν, meliusque scribi ᾦζειν et ἐπῴζειν; nam ὤζειν diversum est, ut *Hesychius* ostendit in Ὤζοντες. Ἐπωάζειν vero *Aristoteli* frequens; ut περὶ Z. l. VI. p. 156, 10. ἐπωαζόντων τῶν ὀρνίθων. p. 157, 10. ἐπωαζουσῶν et mox ἐὰν βροντήσῃ ἐπωαζούσης. *Suidas* Φωλάδα docet appellari τὴν κατοικίδιον ὄρνιν τὴν ἐπωάζουσαν καὶ κλώσσουσαν. Vulgarem verbi significatum mire inflexit *Diod. Sic.* I.

[*) Cf. *Bachmanni* Anecd. vol. I. p. 235, 2.: Ἐπωάζουσιν: ἐπὶ τοῖς ᾠοῖς βοῶσιν.]

Ἐπῳδή, οὐκ ἐπαοιδή[1]· καὶ ἐπῳδός, οὐκ ἐπαοιδός.

Μὴ εἴπῃς ἐριστικῶς ἐρωτᾷ[2] ὁ δεῖνα, ἀλλ' Ἐρεσχελεῖ καὶ ἐρεσχελεῖται ὑπό τινος. ἔστι δὲ τὸ ἐρεσχελεῖ καὶ ἀντὶ τοῦ φλυαρεῖ, καὶ ἐρεσχελία ἡ φλυαρία, καὶ ἐρεσχελεῖν τὸ ἀτιμάζειν. Λιβάνιος ἐν τῇ τοῦ φθονεροῦ μελέτῃ[3]· τὴν πενίαν ἐρεσχελῶν τὴν ἐμήν.

Ἐρευνῶμαι κάλλιον[4] ἢ ἐρευνῶ[5]. ὁ αὐτὸς[6]

---

p. 85, 38. [cap. 74.] Aegyptii οὐκ ἐπωάζουσι διὰ τῶν ὀρνίθων, ova non maturant per gallinarum anserumve incubationem, sed ipsi arte mirabili tractantes naturam in excludendo foetu imitantur: quam Aegyptiorum solertiam ab interprete minus intellectam nuper adeo non revocavit, sed longo intervallo antecessit elegantissimus idem ac sagacissimus naturae commodorumque humanorum antistes *Reaumurius*. Nunc reddamus illud ἐπωάζειν *Theophylacto Simoc.* cuius ep. 31. editum prostat: σὺ δὲ τοῖς σοῖς ἐφέζῃ συγγράμμασι. *Neveletus* ex cod. Pal. I. enotavit ad marginem exemplaris mei, ἐπωάζει γράμμασι; facile patet, in priscae lectionis ἐπωάζεις γράμμασι locum interpretationem esse subditam. Porro nihil est, cur damnet *Thomas* τοῖς ᾠοῖς ἐπικαθῆσθαι, quod satis, ut ex propositis iam exemplis constat, est usitatum; itemque simplex ἐπικαθῆσθαι, quemadmodum *incubare* Latinis: *Aristot.* Z. l. IX. p. 282, 23. τοῦτο τίκτει δύο νεοττούς· οὐκ ἐπικάθηται δέ etc. Hemsterh.

Vid. *Hesych. Suid. Aelian.* lib. I. V. H. cap. 15. lib. II. An. 33. III. 16. Oudend.

1. Οὐκ ἐπαοιδή.] *Phrynich.* p. 102. [p. 243. *Lob.*] Ἐπαοιδὴ (363) ἰδιώτης λέγων οὐχ ἁμαρτάνει. λέγε οὖν ὀρθῶς ἐπῳδή· ἐπεὶ τὸ διαιρούμενον ποιητικόν. ubi v. At ἐπαοιδὴν dixit *Herodot.* lib. I. c. 132. Immo *Aelianus* semel ἐπῳδὴ lib. I. An. 34. sed aliquoties ἐπαοιδὴ scripsit, ut lib. I. An. 29. II. 18. VI. 33. De ἐπαοιδὸς vid. ad *Hesych.* Oudend. [cf. *Lobeck.* ad Phryn. l. l. *Iacobs.* ad Aelian. De Nat. Animal. I. 54. vol. II. p. 43.]

2. Ἐριστικῶς ἐρωτᾷ.] Recte, siquidem adverbium ἐριστικῶς vox est usu minus trita: usurpatur tamen a *Plutarcho* t. II. p. 934. ἐγὼ δὲ τοῦτο μὲν ἔφην, inquit, πρὸς τοὔνομα μᾶλλον ἐριστικῶς ἢ πρὸς τὸ πρᾶγμα φυσικῶς ἢ μαθηματικῶς ἐνισταμένους. Legitur etiam apud *Clem.* Alex. p. 768. Sallier.

Male Rom. ἐρειστ. Witter.

MS. B. ἐρειστικῶς. [ita etiam Burm. *Ex Add.*]

3. Τοῦ φθονεροῦ μελέτῃ.] T. I. p. 338. C. [vol. IV. p. 176. *Reisk.*] *Moeris* ait, ἑλληνικῶς dici διαπαίζειν. Oudend. [De voce ἐρεσχελεῖν vid. *Pierson.* ad Moer. p. 158. add. *Schneider.* lexic. s. v. *Photius* p. 13, 10. *Pors.* Ἐρεσχηλοῦντα: σκώπτοντα καὶ χλευάζοντα· καὶ οἷον ἐρίζοντα.]

4. Ἐρευνῶμαι κάλλιον etc.] Vid. contra *Iens.* Lect. Luciann. p. 9 seq. ἐρευνῆσαι legitur apud *Xenoph.* Cyrop. I. p. 12. ἐρευνᾶτε *Ioh.* V. 39. Stoeb.

ἐν τῷ περὶ τῆς ἑαυτοῦ τύχης· καὶ ἡ[1] διερευνωμένη νοῦν τε ἔχοντα καταμαθοῦσα τὸν φόβον.

Ἔρημος χώρα, ἐρήμη δὲ δίκη[2]· ἐρήμη δὲ χώρα[3] παρὰ ποιηταῖς.

Ἕρκος[4], οὐ περίφραγμα· κοινὸν γάρ.

Ἑρμηνέας[5], βασιλέας, ἱερέας καὶ ὅσα τοι-

Errat *Thomas*. V. lexica. Pro Λιβάνιος ἐν τῇ e MSS. et edd. vett. restitui ὁ αὐτὸς ἐν τῷ nempe λόγῳ, t. II. p. 46. C. Utrumque in *Xenoph*. Cyrop. lib. V. p. 134. A. πέμπει τινὰς προδιερευνησομένους. et mox διερευνήσοντας. sed MS. Leid. διερευνητάς, ut in seq. προδιερευνηταί. Oudend.

5. Ἡ ἐρευνῶ.] Cave *Thomae* assentiaris; nam praeter exempla a lexicographis allata, complura alia suppetunt, quorum omnium instar erit illud ex *Aeschyli* Prom. vs. 1037.

— — ἄνωγε γάρ σε τὴν αὐθαδίαν
Μεθέντ' ἐρευνᾶν τὴν σοφὴν εὐβουλίαν.

SalliER.

6. Ὁ αὐτὸς ἐν τ. π. τ. ε. τυχ.] T. II. p. 46. C. [vol. I. p. 93. *Reisk*.] add. p. 120. A. 129. B. Witter. [Burm. cum ceteris MSS. et edd. vett. ὁ αὐτὸς ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ, quia in illis ponitur post Ἐροίην. *Ex Add.*]

1. Ἡ.] MS. B. ἡ. [restituit hoc *Ritschel*.]

(364) 2. Ἐρήμη δὲ δίκη.] Vid. apud *Thucyd*. VI. p. 452. C. *Diod*. S. XIII. 137. B. Conf. schol. *Luc*. t. I. p. 18. et II. p. 11. *Graev*. ἔρημος δίκη habet *Dio* p. 598. C. Witter.

Exsulat δὲ a Leid. sec. καὶ ἐρήμη δίκη Oxon. Errasse vero *Thomam*, et ἐρήμην χώραν Atticis quoque usurpatam esse, docet *Dukerus* ad *Thucyd*. lib. IV. c. 26. ἐν νήσῳ τε ἐρήμῃ. Immo et ἡ ἐρήμη aeque ac ἡ ἔρημος elliptice occurrit. Oudend. [ἡ ἔρημος legitur apud Demosth. p. 542, 4. 20. 22. 544, 7. 22. 890, 9. *Reisk*.]

At praeter auctores iam citatos in Misc. Obs. vol. III. t. II. p. 303. seq. *Xen*. IV. *K. Π.* p. 61. lib. I. *K. A.* p. 152. lib. III. 182. *Soph*. Antig. v. 750. *Isocrat*. p. 45. B. et 60. D. mitto *Arrianum* atque *Lucianum*. Abresch.

3. Ἐρήμη δὲ χ.] Multum fallitur *Magister* noster, uti ex duobus his *Arriani* locis constat: Indic. c. 32. τὴν γὰρ δὴ ἄκρην ἐκείνην καὶ τὴν πρὸς αὐτῇ χώραν πᾶσαν ἐρήμην τε εἶναι λόγος κατέχει. et c. 43. p. 358. ἄνυδρον καὶ ἐρήμην χώρην ἐπῆλθον. Witt. Desunt haec in MS. B.

4. Ἕρκος.] Vid. apud *Aeschyl*. Pers. 349. Stobb.

Οὐ περίφραγμα. Minus Attice igitur *Plutarchus* t. I. p. 147. ὄντος δὲ, inquit, τοῦ περιφράγματος ξυλίνου καὶ πνεύματος μεγάλου κατιόντος ἀπὸ τῶν ὀρέων ἅμα φάει πυρὰ πολλὰ παρασκευασάμενος καὶ περὶ τὸν ὄρθρον ἐξαγαγὼν τὴν δύναμιν τοὺς μὲν ἄλλους ἐκέλευσε χρῆσθαι βέλεσι καὶ καθ' ἕτερον μέρος κραυγῇ. Sall.

5. Ἑρμηνέας.] Vid. *Graevius* ad *Luciani* Soloec. p. 753. Drakenb. Utitur hoc loco *G. F. Heupelius* ad *Marc*. Evang. I, 17. Hemsterh.

αὗτα[1], Ἀττικοί· τὸ δὲ συνῃρημένως ταῦτα λέγειν οὐκ ἔστιν ἐκείνων[2].

Καὶ Ἑρμηνεία[3] καὶ ἀγγελία[4]. ἑρμηνεύω δέ, οὐ μὴν καὶ ἀγγέλλω. Φιλόστρατος[5] ἐν τοῖς βίοις τῶν σοφιστῶν· ἡ δὲ ἐπίπαν[6] ἑρμηνεία τοῦ λόγου. καὶ πάλιν[7]· τὸ δὲ κατὰ φύσιν ἑρμηνεύειν. καὶ αὖθις ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ[8]· σεμνοπρεπὴς τὴν ἀγγελίαν δοκεῖ καὶ βεβηκώς. ἡ δὲ φράσις κοινόν.

---

1. Καὶ ὅσα τοιαῦτα.] E. g. βραχέα apud *Thucyd. Duk.* p. 159. νομέας, ἱππέας producit *Hellad.* Excerpt. apud *Phot.* c. 1592. Stoebb.

2. Οὐκ ἔστιν ἐκείνων.] Falsum, uti plurima exempla ostendunt. Vid. *Lascar.* p. 463. Conf. not. ad *Cellar.* Geogr. t. I. p. 1241. Idem. [*Bekkeri* Anecdd. p. 87, 14. Γονέας καὶ γραφέας καὶ τὰ ὅμοια, οὐ μὴν γονεῖς οὐδὲ γραφεῖς, ὡς οἴονται δεῖν λέγειν. ibid. p. 1191. Aeschin. adv. Ctesiph. §. 18. *Bekk.* τοὺς ἱερεῖς. ibid. §. 97. recepit *Bekk.* ex tribus libris ἱππέας. Et ita plura exempla contra hoc Atticistarum praeceptum inveniuntur. cf. *Schaefer.* ad Demosthen. p. 387, 6. 395, 25. 677, 13 790, 11. alibi. Dixit de hac forma etiam *Dindorf.* ad Isocrat. p. VI. Apud Lucianum utraque forma codicum auctoritate munitur.]

3. Ἑρμηνεία χρὴ λέγειν.] *Moschop.* f. 144. ἑρμηνία fortasse (365) non suo calamo scripsit voc. ἑρμενεύω. Stoeb. [Tota paragraphus non conspicitur in Leid. sec. *Ex Add.*]

Interpolavit locum *Blankardus.* Edd. vett. habent καὶ ἑρμηνεία καὶ ἀγγελία. Bene. Leid. pr. ἑρμηνεία, οὐκ ἀγγελία. Desunt Leid. sec. Oudend. [καὶ ante v. ἑρμην. deest Burm. *Ex Add.*]

Verba χρὴ λέγειν deficiunt in MSS. A. et B.

4. Καὶ ἀγγελίᾳ.] De ἀγγελία et ἐπαγγελία vid. *Olear.* ad *Philostr.* p. 5. ubi nostrum citat. Witter. [*Valckenaer.* ad Theocr. Adoniaz. argument. p. 202. pro ἀγγελία et ἀγγέλλω iure corrigendum censet ἀπαγγελία et ἀπαγγέλλω. conf. *G. F. Bekker.* spec. var. lect. et observ. in Philostr. vit. Apoll. libr. I. p. 15. — Particula καὶ post vv. οὐ μὴν abest a Burm. *Ex Add.*]

5. Φιλοστρ.] Respicit forte ad illa V. S. II. 1. p. 564. καὶ ἡ ἐπίπαν ἰδέα τοῦ λόγου, χρυσοῦ ψῆγμα. Idem. [Vv. ἐν τοῖς βίοις τ. σοφ. desunt Leid. pr. Burm. *Ex Add.* Uncis inclusit *Ritschel*]

6. Ἡ δὲ ἐπίπαν.] Haec in *Philostrato* non inveni. Sed vide, num e memoria citaverit V. S. l. II. c. 1. §. 14. Alterum exemplum potest credi sumtum ex lib. I. cap. 20. vel cap. 24. §. 1. καὶ τὸ κατὰ φύσιν ἑρμηνεύειν μαθών. Oudend.

7. Καὶ πάλιν.] Pag. 528. ubi παρ' οὗ καὶ τὸ κατὰ φύσιν ἑρμηνεύειν μαθών. Sequitur ἐν αὐτῷ λόγῳ] p. 601. Witter.

Addit MS. A. ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ.

8. Ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ.] Desunt Leid. pr. et, ut opinor, recte. Leguntur citata verba in *Philostr.* lib. II. de V. Sophist. cap. 20. §. 3. [p. 601.] Oudend.

Deest hic citandi formula in MS. A. [Caret verbis ἐν τῷ αὐτῷ

Ἑρμογλύφος[1] καὶ ἑρμογλυφεύς, οὐ λιθοξόος[2]. Λουκιανὸς ἐν τῷ περὶ τοῦ ἐνυπνίου· ὁ πρὸς μητρὸς θεῖος, ἄριστος ἑρμογλύφος. καὶ αὖθις ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ. λίθων[3] ἐργάτην ἀγαθὸν εἶναι καὶ συναρμοστὴν καὶ ἑρμογλυφέα.

Ἐροίην ἀντὶ τοῦ λέξαιμι[4]. Λιβάνιος ἐν τῷ[5] περὶ τῆς ἑαυτοῦ τύχης.

Ἔῤῥανται, οὐ ῥέρανται, διὰ τὸ εὐφωνότερον· ὁ αὐτὸς δὲ λόγος καὶ ἐπὶ τοῦ ἔῤῥευκε, καὶ ἐῤῥητόρευκε καὶ τῶν ὁμοίων.

λόγῳ Burm. quoque. *Ex Add.* Pro τὴν ἀγγελίαν scribe ἀπαγγελίαν cum *Bekkero* l. l.]

1. Ἑρμογλ. . . . . λουκ.] Voce λιθοξόος usus est *Lucianus* somn. p. 3. Drakenb.

Tom. I. p. 2. *Graev.* Sed mirum, *Thomam* reiicere vocem λιθοξόος, qua tamen *Lucianus* eodem loco utitur. Verba sunt: παρῆν γὰρ ὁ πρὸς μητρὸς θεῖος, ἄριστος ἑρμογλύφος εἶναι δοκῶν, καὶ λιθοξόος ἐν τοῖς μάλιστα εὐδοκίμοις, ubi εὐδόκιμος legi vult *Bos.* Obs. Crit. cap 5. p. 18. Locus alter supra quoque citatus in διδάσκομαι statim sequitur l. c. p. 3. Witter.

2. Οὐ λιθοξόος] At vide Cl. *Iensium* Lect. Luc. cap. 1. p. 7. ad *Luciani* primum locum, quem citat *Thomas.* c. 2. ἄριστος ἑρμογλύφος καὶ λιθοξόος ἐν τοῖς μάλιστα εὐδόκιμος. Adde Scholiast. (366) *Aristoph.* p. 170. qui ea voce etiam utitur, et *Max. Tyr.* p. 210. Torren.

Atqui *Thomam* vel ipso *Luciano* teste convincas, minus recte ab ipso repudiari nomen λιθοξόος, utpote quod in ipsius scriptis reperitur t. I. p. 2. 5. 7. Praeiverat *Timon*, ut testantur haec illius apud *Diogenem Laërt.* p. 37. [II. 19.]

Ἐκ δ' ἄρα τῶν ἀπέκλινε λιθοξόος, ἐννομολέσχης.

Ibi enim de *Archelao* physico sermo fit, quem *Duris* statuas fecisse memoriae prodiderat. Sallier.

An pro οὐ legendum ὁ? Alter *Luciani* locus est eadem paragrapho. Oudend. [Nihil mutes. vide cl. *T. Hemsterh.* ad Luciani t. I. p. 20. (vol. I. p. 201 sq. ed. *Lehmann.*) *Ex Add.*]

3. Λίθων.] MS. B. λίθον male.

4. Ἐροίην α. τ. λέξαιμι.] *Phav.* p. 313. λέξοιμι. Idem mox pro ἐν τῇ legit ἐν τῷ περὶ τ. ε. τ. Utitur voce ἐροίην *Liban.* t. II. p. 31. D. et 565. D. ἐρῴην idem t. II. p. 6. B. et 24. D. Witt.

Uterque MS. A. et B. λέξοιμι. [λέξοιμι etiam Burm. *Ex Add.* Recepit *Ritschel.*]

5. Ἐν τῇ.] Τῷ, ut alibi et mox. *Phavor.* Wolf.

Rescripsi τῷ, ut praebent uterque Leid. cod. sc. λόγῳ. [sic et Burm. *Ex Add.*] V. in v. Ἀθέατος. Ἀνανεοῦμαι. Ἀσύνετος etc. unde liquet, quam male *Blankardus* reposuerit Λιβάνιος ἐν τῇ περὶ τῆς ἑαυτοῦ τύχης in v. ἐρευνῶμαι pro ὁ αὐτὸς ἐν τῷ etc. Paullo ante λέξοιμι in Leid. pr. Oudend. [Lacunae signum posuit *Ritschel* post v. τύχης.]

Ἔῤῥει[1], *ἔπλει, ἔθει καὶ ἔχει, οὐκ ἔχεεν*[2], *οὐδὲ ἔθεεν*[3], *οὐδὲ ἔπλεεν, οὐδὲ ἔῤῥεεν*[4], *οὐδ' ὅσα τοιαῦτα.*

Ἐῤῥύπηνα[5], *ἐκάθηρα Ἀττικοί, οὐκ ἐρύπανα, οὐδ' ἐκάθαρα.*

Ἐρυγγάνει λέγουσιν[6] *οἱ τεχνικοί*[7], *ὅταν τις ἀπόσιτος ᾖ, ἐρεύγεται δὲ μετὰ τὴν τροφήν.*

---

1. *Ἔῤῥει.*] Vid. apud *Xenoph.* p. 690. *Ioseph.* p. 98. A. *Liban.* t. I. p. 141. B. t. II. p. 63. A. *πλεῖν* legendum pro *πᾶν* apud *Ioseph.* p. 901. E. *θεῖ ἐπ' αὐτῷ Arrian.* III. 28. p. 145. Conf. *Phavor.* voc. *πνεῖ. Lucian.* Soloec. coll. *Iens.* L. L. ad Soloec. et nostr. supr. in *ἐδέετο.* WITTER.

2. *Οὐκ ἔχεεν.*] Legitur apud *Ioseph.* p. 713. E. 798. E. 851. G. *Synes.* p. 173. B. *ἔθεεν Diod.* XVI. p. 482. B. *Ioseph.* p. 957. G. IDEM.

3. *Οὐδὲ ἔθεεν* etc. *ἔρεεν.*] MSS. Leidd. *οὐδ' ἔθεεν, οὐδ' ἔπλεεν, οὐδ' ἔῤῥεεν*, quod ultimum etiam in edd. vett. ut debet. [recepit hoc *Ritschel.*] V. *Phavor.* ac *Phrynich.* p. 94. 160. OUDEND. [Vid. supra ad *Ἐδέετο* p. 251. add. *Fritzsch.* De Atticismo et Orthogr. Luciani Comment. I. p. 4. sq.]

4. *Οὐδὲ ἔρεεν.*] Scribendum *οὐδ' ἔῤῥεεν* cum MSS. A. et B. (367) STOEBER.

5. *Ἐῤῥύπηνα, ἐκάθηρα.*] Addidi ῑ subscriptum e *Moeride.* Sunt aoristi primi a *ῥυπαίνω* et *καθαίρω.* V. et in *ὑφηνάμην.* Male in *Phavorino ἐῤῥίπηνα.* Leid. pr. *καὶ ἐκάθ.* OUDEND. [*καὶ ἐκαθ.* recepit *Ritschel.* — Male *Oudend.* ῑ subscr. addidit, quod iure delevit idem vir doctissimus. — Pro *ἐρύπανα* idem ex duobus libris dedit *ἐῤῥύπανα.* — Caeterum cf. *Bekkeri* Anecdd. p. 62. sq. Moer. p. 137. (101. ed. Lips.)]

6. *Ἐρυγγάνει λέγ. Ἀττικοὶ* etc.] Futile discrimen illud, quod inter *ἐρυγγάνω* et *ἐρεύγω Thomas* statuit; prius enim verbum de ieiunis dici, contendit temere, ut argumento sunt haec *Eurip.* Cycl. vs. 521.

Ἐρυγγάνω γοῦν αὐτὸν ἡδέως ἐγώ.

Ibi enim Cyclops bene potus loquitur. Verum cum poëta, *Cicerone* teste, sit numeris astrictior, verborum licentia liberior, ne quis restet scrupulus, duo e solutae orationis scriptoribus exempla seligemus. Unum suppeditabit *Theophrastus* Char. c. 19. *καὶ τὰ τοιαῦτα ἐσθίων ἀπομύττεσθαι, θύειν ἀρξάμενος προσλαλεῖν καὶ ἀποῤῥίπτειν ἀπὸ τοῦ στόματος, ἅμα τῷ πιεῖν προσερυγγάνειν*, quae minime sunt obscura. Alterum vero *Lucianus* t. I. p. 889. [Alexandr. c. 39.] *ἐπεφθέγγοντο δὲ αὐτῷ ἐπακολουθοῦντες Εὐμολπίδαι δῆθεν καὶ Κήρυκές τινες Παφλαγόνες καρβατίνας ὑποδεδεμένοι, πολλὴν τὴν σκοροδάλμην ἐρυγγάνοντες.* SALLIER.

Neque hoc ex omni parte verum est: quando nec Atticos, nec Ionicos, nec alios melioris aevi et elegantioris dialecti auctores hanc subtilem nimis et forte in solo *Thomae* nostri cerebro subnatam differentiam observasse, certissime ex eorum scriptis adhuc constat. Praesertim quum ipsum verbum *ἐρυγγάνειν* descendat, ut notissimum, ab altero verbo *ἐρεύγειν* seu *ἐρεύγεσθαι*, unde necessario in-

Ἐρῶ καὶ ἔρως κυρίως ἐπὶ τῶν παρόντων, ποθῶ δὲ καὶ πόθος ἐπὶ τῶν ἀπόντων. Λιβάνιος ἐν ἐπιστολῇ[1]· *ἄκων δὲ ἐξέλιπον, ἐπόθουν δὲ καὶ οἴκοι καθήμενος. Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ*[2]· *ποθεῖς τὸν οὐ παρόντα καὶ μάτην ζητεῖς*[3]. *καταχρηστικῶς δὲ ἐναλλὰξ ἀμφότερα.*

---

